AVGVSTINI NIPHI
SVESSANI PHILSOOPHI PERSPICACISSIMI,
SVPER LIBROS ARISTOTELIS PERI HERMENIAS:
DE INTERPRETATIONE ACCVRATISSIMA COMMENTARIA.

A' QVAMPLVRIMIS ERRORIBVS diligentiſsime expurgata, ac ſingulis textibus appoſitis ſcholijs nuper illuſtrata.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.
MDLIX.



ARISTOTELIS STAGIRITAE PERIPATETICORVM PRINCIPIS, DE INTERPRETATIONE, LIBER PRIMVS.

AVGVSTINO NIPHO PHILOSOPHO Sueſſano interprete atq; Expoſitore.

Sũt hæc omnia libri materia: quippe cum nõ contingat interpretari, ſiue mentis cõceptum exponere ſiue horum notitia.

Cõm. 1.



PORTET *primum cõſtituere quid nomen & quid uerbum: deinde quid eſt negatio, quidue affirmatio: atque enuntiatio & oratio.*

OMISSIS ventoſis exordijs: breuibus Ariſtoteles quid pertractare vult proponit. Nam rei intentio:& ſubiectum apud græcos idẽ ſunt: differuntq; ratione. Vt enim ſubiectum habet rationem finis, intentio nuncupatur, vt vero habet rationem materiæ: in qua propria inſunt accidentia, ſubiectum, ſiue materia à noſtris appellatur. Eſt autem intentio libri præſentis, ſubiectum, ſiue materia enuntiatio ipſa: cuius partes conſtitutiuæ, quæ integrales dicuntur, ſunt nomen & verbum. Primæ vero & primariæ ſpecies ſunt affirmatio & negatio. genus autem enuntiationis eſt oratio. Hanc igitur intentionem proponit, & inquit{ Primum oportet conſtituere} hoc eſt definire{quid nomẽ & quid verbum} vt integrales partes enuntiationis, verbum illud{oportet} non dicit neceſsitatem ſimpliciter, ſed conditione. nam ſi de enuntiatione pertractaturus eſt, opus eſt vt primo de nomine, deq; verbo percurrat. {Deinde}& quaſi ſecundo loco{quid eſt negatio, quidue affirmatio} tanquam primariæ enuntiationis ſpecies{atque} tertio quid{enuntiatio} quid{& oratio} enuntiatio quidem vt intentio, ſubiectum, ac materia: oratio vero vt genus ſubiecti. Multa græci, vt Ammonius, Philoponus: & latini, vt Boetius, & Thomas contendunt. circa ſeriem verborum: quæ, quia ventoſa ſunt, ad commodumq; non multum accepta, hæc ſufficiant. Boetius hic ſubiectum, materiam, ac intentionem libri ait eſſe interpretationem. Nam inſcriptio libri ab eius intentione fieri aſſolet, vt inquit Philoponus in primo Priorum. Obijciunt cõtra quidem viri clariſsimi, qui ſubtiles perhibentur. Nam interpretatio vel ſumitur pro voce articulata cum intentione quicquam ſignificandi prolata, vel pro voce articulata prolata ad ſignificãdum eſſe vel non eſſe. primum quidem non. nam tunc eſſet nimis commune, eſſet enim compoſitis & ſimplicibus commune quoddam. Hoc autem falſum eſt, quia liber hic eſt de medijs. Nec ſecundum, quia liber hic non eſt de voce, ſed de intentione voces. Propter hæc enuntiationem in mente ſubiectum eſſe fingunt. Hæc puerilia ſunt, nec digna noſtra diſputatione. Verum ſi ipſi enuntiationem mentalem ſubiectum eſſe fatentur, ad quem de vocali, vel ſcripta inquirere attinebit? Propter hæc quod græce ermenia appellatur, latine ſiue enuntiatio, ſiue interpretatio dicatur, idẽ eſt. Et de hac eſt liber præſens, de mentali quidem vt quod, de vocali vel ſcripta, vt ſignum, de re vero vt cauſa. Nam veritas in voce eſt vt ſignum, in mente vt ſubiectum, in re vt in cauſa, vt dicit Ammonius, nec aliter Boetius ſentit.

Põ Boe. de ſub. iecto.

Obiectiones cõtra Boetium.

Secunda põ. Confutatio.

Ermenia quid.

Multa alia dici ſolẽt, quæ quia facilia, prætermittimus. noſtri enim frequenter circa facilia fimbrias dilatant, circa vero ardua & occulta voces ſummittunt. Tu vero a nobis contrarium expectabis, quantum videlicet a nobis fieri poteſt.

Excuſatio.

Sunt quidem igitur ea quæ in uoce, earum, quæ in anima paſsionum, notæ. Et quæ ſcribuntur, eorum quæ in uoce. Et quemadmodum nec litteræ omnibus eædem, ſic nec uoces eædem.

Voces & ſcripturæ ſigna animi, voces ad animum immediate, ſcripturæ mediis vocibus

De nomine, deq; verbo, enuntiatione, ac oratione pertractare propoſuit, ante tamen quam de his proſequatur, quædam communia de vocibus, ſcripturis, ac animæ paſsionibus intercipit, ſed de cauſa intercepti ambigunt expoſitores. Herminius neceſsitatem illius modi intercepti fuiſſe autumat, vt propoſitæ rei commodum inſinuaret. Sed hoc ſtare non poteſt. nã vtilitatis commodiue narratio prohemij pars eſt, vt Ari. in Rhetoricis tradit. ſumus autem nunc ipſo in tractatu, quod verbũ{igitur} innuit. Porphyrius interpoſitæ rei cauſam propter veterum diſſenſus circa vocum ſignificationes, inquit. nam veterum quidã voces, formas, ſiue ideas ſignificare credidere, alij conceptiones, alij ſenſus ſenſationesúe ipſas, alij res exiſtentes. quia igitur Ariſtoteles de nomine deq; verbo pertractaturus erat, contrarias diſpoſitiones, ac aduerſa impedimenta elidendo, veteri quæſtioni generatim curſimq; ſatisfecit.

Cõm. 2.

Cur de vocibus, & ſcripturis ſermo hic habetur.

Cauſa Herminij.

Cauſa Porphyrij.

Sed nec hoc ſtare poteſt. Primo quòd quæſtio hæc partem ad quamlibet definita, quæ dicturus eſt de nomine & verbo, non impedit. Secundo hæc res eſt grauis, eſtq; altioris negocij, tranſcenditq; limina præſentis voluminis, quum de ideis, deq; formis contendat.

Confutatio.

Melius igitur cum Alexandro, Ammonioq; ſentiendum, quòd Ariſtoteles hæc præaccipit. Tum vt genus definiendarum rerum colligat. Tum differentiam cõſtitutiuam, videlicet, ꝙ nomen verbum quæque ad placitum ſignificent. Tum differentiam diſcretiuam, videlicet, vt nomen ſine vero & falſo, enuntiatio, & oratio cum vero vel falſo. Hæc enim Ariſt. animaduertens quædam communia de vocibus, ſcripturis, ac paſsionibus præaccipit. Aſſumit igitur quatuor ad præſentem pertractationem conferentia, res videlicet, conceptiones, voces, atque litteras. Oportet autem primo petere hæc quatuor non fruſtra eſſe, ſed aliquem propter finem. ſiquidem neq; natura, neq; ars aliquid fruſtra faciant. Secundo petimus horum quatuor, duo eſſe natura ſeſe habentia, vt res conceptionesq;. duo vero poſitione, vt voces & litteræ. Vt igitur ſcias quæ horum natura ſe habeant, quæue poſitione. ponit præceptum eiuſmodi, ꝙ quæ apud omnes eadem ſunt, hæc natura ſe habent, quæ vero non apud omnes eadem, hęc poſitione ſe habent. Huius præcepti prima pars eo patet, ꝙ natura in cunctis vniformis eſt & ſimilis. Poſitio ve-

Expoſitio cauſæ ſecundũ veritatem.

Quæ Ariſto. aſſumit.

Prima petitio. Secunda.

Præceptum.

Eſt enim natura inuariabiles intellectus principiy. ro euariat. Quare re quum res & conceptiones apud omnes eædem ſint, natura ſe habent, voces vero & litteræ, quum euarient, poſitione habentur. Arguit igitur, quęcunq; ſunt aliorum ſigna vel notæ, poſitione ſe habent: *Syllogiſmus littera.* voces, & ſcripta ſunt notæ vel ſigna aliorum. nam voces ſunt notæ conceptionum, ſcripta vero vocum. igitur voces & ſcripta ſunt poſitione. præponit minorem. d. {Sunt quidē igit̄ ea, quæ in voce} cuiuſmodi ſunt nomina & verba {earum quæ in anima paſsionum notæ, & quę ſcribuntur} Sūt notæ ſiue ſigna: {eorū quæ in voce}. Hęc vt minor. quaſi concludit, & inquit. {Et} hoc verbum in gręca cōſtructione, quicquid græci ſentiat, vim habet ſæpe illatiuam apud Ariſtotelem. quaſi dicat. {Igitur quemadmodum nec litteræ omnibus eædem, ſic nec voces eædem} verbum, {ſic} in verbis græcis non eſt, ſed ex vi conſtructionis ſubaudiendum. Secūda igitur præcepti pars perſpicua, videlicet, ꝙ ea quę in voce, & quę ſcribuntur, poſitione ſe habent. Aliter intelligi poteſt, vt dicemus. Quæritur verbum illud, *Dubitatio. 1.* {igitur} quo modo tenet̄. Expoſitor latinus ait dixiſſe igitur, quaſi ex præmiſsis concludens hunc. videlicet. in modum de nomine deq; verbo pertractandum, nomina & verba voces ſunt. igitur de vocibus pertractandum. Gręci omnes verbum illud eſſe notam executionis, & non illationis, affirmant, quod mihi conuenientius eſt. *Secunda dubō Ammon.* Quærit ſecundo Ammonius cur primo è vocibus, quam è rebus ſermocinari cœpit. Dicendum de eis primo, tanquam à magis huic libro conueniētibus, quicquid Ammonius dicat. *Tertia dubō Porphy.* Quęrit tertio Porphyrius cur dixit {Sunt quidem igitur ea quæ in voce} & non, {ſunt quidē igitur voces.} Itēq; cur nō dixit litteræ vti, {ea quæ ſcribuntur, dicit.} Porphyrius vult ꝙ nomen & *Rñſio Porph.* verbum ſunt partes orationis. prolatæ eſt enim oratio prolata totum quoddam integrale ex nomine & verbo conſtitutum. nomen vero & verbum ſcripta partes orationis ſcriptæ, & qm̄ partes ſunt in toto magis quam contra, totum in partibus. nam cōtinet totum partes, & nō econtra. Idcirco inquit {ſunt quidē igitur ea, quæ ſunt in voce} hoc eſt nomē & verbum, quæ ſunt in voce, hoc eſt oratione prolata vt partes {earum quæ ſunt in anima paſsionū notę, & ea quæ ſcribuntur.} videlicet nomen & verbum in ſcripta oratione {eorum quæ *Confutatio.* ſunt in voce.} Sed hæc expoſitio ridenda eſt. Tum primo, quia cum difficultate intelligitur partes eſſe in toto, eſſe in enim non competit partibus niſi improprie quarto Phyſicæ auſcultationis. eſt autem loquendum vt plures. ſecundo Topicorum. Tum quia in tam exiguo ſermone æquiuocaret de eſſe in. Nam dum dicit {eorū quæ ſunt in anima} ſumit eſſe in. vna ratione, dū dicet {ea quæ in voce} alia ratione. Simili ratione errant qui volunt eſſe in capi vt inferius continetur in *Aliorū erratū* ſuo ſuperiori. Nam primo in verbo eſſe in. acciperetur *Expō propria* proprie ſecundo vero improprie. Quare melius eſſe in, in vtroq; eodem modo accipiendum eſt. Nam nomen & verbum ſunt in voce vt in ſubiecto, vti res artificialis in re naturali. erit igitur ſenſus {ſunt quidem igitur ea quæ in voce} vt nomen & verbum, quæ in voce hærent, vt in materia & ſubiecto, notæ earū paſsionum, quæ in anima ſunt, etiam vt in materia & ſubiecto. Nam conſtat tunc Ariſtotelem non æquiuocaſſe verbo illo eſſe in. Quærit quarto Ammonius cur Ariſt. *Quarta dubitatio Ammo.* ait paſsionum, pathema enim græce paſsio eſt, paſsio autem affectus. modo affectus non eſt conceptio, ſiue ſimilitudo, quam Ariſtoteles intelligit. Dicendum ꝙ hæc tria. videlicet ſimilitudo, conceptio, & paſsio idem *Solutio.* ſunt, alia tamen ratione. conceptio enim & intellectio vt intelligēdi principium, eſt ratio: vt vero à re ipſa deriuatur, ſimilitudo ſiue ſpecies, vt intellectum ipſum perficit, paſsio. vnde & intelligere & ſentire in quodam pati ſaltem perfectiue conſiſtit, vt dicit in his quæ de anima. vnde qui verbum græcum παθημάτων in latinum conuertunt affectuum, nec græciſſant, nec græcam conſtructionem ſentiunt. Quinto quærunt, mul *Quinta dubō* ta eſſe in voce, quæ non ſunt paſsionum notæ, vt grauitas, acuitas, & accentus, & id genus. Dicendum propoſitionem Ariſtotelis indefinite eſſe legendam, non autem vniuerſaliter. Sexto petijt. vtrum vt ea, quæ in vo *Sexta dubō* ce notæ ſunt eorum quæ in anima, ita ea quæ ſcribuntur, eorum quæ in voce. Reſpondet Alexander ꝙ ſic. *Alex. Rñſio* & tunc littera eſt legēda ſic {ſunt quidem igitur ea quæ in voce, earum quę in anima paſsionum notæ, quemadmodum quæ ſcribuntur, eorum quæ in voce.} Nam verbum illud καὶ græcum, quod latine frequentiſsime in & conuertitur. Interdum Alexander vult apud græcos accipi pro nota ſimilitudinis, vt pro ſicut, vel quemadmodum, & id genus. Hæc Alexan. diceret.

Huic obijcit Porphyrius. Primo, quia ad ſimplicem *Obiectio Porphyrij.* ſenſum nihil addi oportet. Secundo, quia in tam breui ordine, tamque breui oratione non eſt partitio intercidenda. Tertio, ſi ita ſe habent quæ ſcribuntur ad voces, vt voces ad ea, quæ in anima, tunc vt voces varijs litteris permutantur, ſic paſsiones varijs vocibus euariabuntur. Mihi videtur cum Alexandro & Aſpaxio, *Expō propria* & ita ſecundo modo exponi poteſt, vt Ariſtoteles proſequendo de nomine verboq; primo colligat inter voces & ſcripta cōuenientias. ſecundo inter res & paſsiones. Voces igitur & ſcripta conueniunt primo ꝙ ambo ſunt vt ſigna, voces quidem conceptionum, ſcripta vero vocum. Secundo ꝙ vt voces non ſunt omnibus eædem, ita ſcripta. Inquit, {ſunt quidē igitur quæ in voce: earum quæ in anima, paſsionum notæ. & quæ ſcribūtur, eorum quæ in voce.} Quare voces & ſcripta cōueniunt in hoc ꝙ ambo ſunt vt notæ ſiue ſigna. Et hæc eſt prima conuenientia. Deinde ſubſcribit ſecundam. d. {& quemadmodum quæ ſcribuntur non eadem omnibus, ſic neq; voces eædem.} Hæc eſt ſecunda conuenientia. Dixit autem {in anima} quod gręce eſt pſyche, & non in intellectu, quoniam intellectus etiam ad diuinum refertur, aut ꝙ intellectus nouas paſsiones non ſuſcipit, ſed de his in libro noſtro de intellectu, & de anima. Ea ergo, quæ ſunt in voce & ea quæ ſunt in ſcriptis conueniunt primo ꝙ ambo notæ ac ſigna ſunt. Secundo omnibus eadem non ſunt. Tunc ad obiecta con- *Defenſio Alex.* tra Alexandrum. Ad primum dicendum illum ſimplicem ſenſum eſſe potentia & virtute amplum & compoſitum. Similiter ſi oratio eſt breuis, compendio eſt oblonga. Ad hæc tertium argumentum probat ibi nō eſſe in toto ſimilitudinem, ſed in parte eſſe poteſt, vt Alexander ſentit.

Quorum tamen hæ notæ primo, eædem omnibus paſsiones animæ ſunt: et quorum hæc ſimilitudines, res iam eædem. De his quidem igitur: dictum eſt in his quæ de Anima. alterius enim hæc ſunt negocij. *Scriptura, ac voce artificio cōfecta ad paſſiones & res non æqualiter referuntur. 3. de Anima t. c. 9. Cōm. 3.*

Cœpit Ariſtoteles, vt Alexander dicebat, ponere differentiam inter ea quę poſitione talia ſunt, & ea quę natura talia. Ea quæ in voce & ea quæ ſcribuntur, poſitione talia ſunt. Nunc vero ꝙ animæ paſsiones & res ſint

sint natura tales, declarat. Potest autē textus esse præmissa, & pōt esse simplex narratio. Siquidem præmissa, syllogismus erit, quæ eadem apud oēs: sunt per naturam talia.natura.n. vt Ammonius inquit, est vniformis semper. Passiones & res eædem apud omnes. igitur natura tales erunt. De syllogismo accepit minorem tm̄ in textu. Si vero est narratio tm̄, est tunc secunda pars differentiæ, & inquit. {Quorum tn̄ hę notæ primo: sunt passiones animæ oībus eædem: & quorum hæ similitudines: res iam eædem } sunt. igitur passiones & res sunt omnibus eædem: & ita tales per naturam. Hac fortasse expositione Aristo. verba examinādo: argumentum

Argumentum Herminij nullū. Herminij contra Alexandrum imbecille est. Nō enim Alexā. vult ꝙ apud omnes sint passiones eædem: apud quos voces, sed vt dixi, ꝙ vel tangat minorem, vel par-

Pō Porphy. tem differentiæ secundam perficiat. Animaduersione dignum Porphyrium in defendendo Alexandrum: affirmare ꝙ ea quorum voces apud omnes eædem: & ipsa sunt eadem. & hoc generatim tam vniuocis ipsis, quam æquiuocis. De vniuocis quidem ex ipsorum nominum ratione constat. De æquiuocis vero, quoniam animus audientis semper sibi nomen ad significationem debitam, adquamúe à proferente emittitur, ac-

Confutatio. cipit. Sed hoc stare non potest. nunquam enim æquiuoca propositio esset distinguenda. nam animus auscultantis semper eam conformiter animo proferentis

Expō Herme. acciperet. Hermenius aliter sermones Aristote. intelligit quòd ipse ponat quæ vocum: & quæ passionum sint significationes. Nam voces significant passiones primo, & secundo res, passiones autem, tantum

Confutatio. res decernunt. Sed hoc stare non potest. primo quòd Aristote. dixit hæc. non igitur sapide esset hic repetendum. Secundo verbum illud eadem ad quid adde-

Dubitatio. Rn̄sio Alex. retur? Esset enim inutile, nisi Arist. commune passionibus & rebus sumat. vt dicit Alexan. Sed tunc dices ad quid verbum illud {primo} additur? Alexander vult nomina significare passiones, ac res, vt nomen istud homo & naturam ipsam hominis existentem, & eius conceptionem significet. verum quia nomen vnum æque primo duo significare non potest, idcirco Arist. adijcit

Contra Alex. recentiores. {primo.} Nā ea nomina, quæ in voce sunt, primo passiones significant, secundo vero res. Recentiores obijciunt. nam ordo significationum est iuxta ordinem conceptionum. Sed res prius intelligitur, quam eius passio. igitur prius voce significatur. Ad hæc nomen semper prædicatur de sua significatione. Nomen illud ho-

Defensio Alexan. mo non prædicatur de hominis conceptione. igitur illam non significat. Dici potest pro Alexandro ꝙ nomen in voce primo primitate (vt ita dicam) subordinationis passiones primo significabit. Primitate autē ap-

Ponderatio litteræ. prehēsionis, res primo. Quare textus debet stare {Quorum tamen hæ primo} non autem {primorum.} Nam græcus codex habet protos, & non proton. Vbi enim proton legeretur, vt fortasse Boetius noster habebat in latinum primorum esset conuertendum.

Collige igitur inter hæc quatuor ordinem: quæ scribuntur significant ea quæ in voce, quæ in voce, eas passiones quæ in anima: quæ in anima, ea quæ in re con-

Ex. D. Tho. sistunt. Licet non sit ordo essentialis, nam quæ scribuntur, & in voce sunt, possunt equæ primo passiones significare, quum scripturę pro supplemento vocum sint adiuuente. Verum quia res hæc admodum est laboriosa, ac difficilis, transmittit nos ad librum de anima.

Est autem quemadmodum in anima aliquotiens quidem intellectus sine uero falsóue, aliquotiens autem iam cui necesse est horum alterum inesse: sic & in uoce. Circa compositionem enim & diuisionem est ueritas atque falsitas. *3. te. 39. In enuntiatione est veritas & facilitas, in nomine non, et verbo minime, illa enim compositi intellectus, hæc vero simplicis signū est.*

Cōm. 4. Intentio. Hactenus hæc communiter de ijs quatuor accepit, vt nomina & verba esse in voce & ad placitum significatiua colligat: Tum vt genus primum: Tum vt communem habeat differentiam illorum, cū quibus & oratio & enuntiatio ipsa conueniunt. Est enim oratio & enuntiatio in voce. & ex impositione aut placito significantes. & per eiusmodi genus communemq; differentiam differt à rebus ipsis conceptionibusq;. Nunc autem ipsa significare sine vero & falso declarat, vt videlicet secundam colligat illorum differentiam, aut (Alexandro placet) ostendit enuntiationem significare cū vero falsóq;, vt per hoc etiam & enuntiationis differentiam colligat, nō tm̄ nominis. Et licet littera possit multipliciter ad formam syllogismi reduci, vt facilius res intelligatur: litterę syllogismus non est aliter formandus, nisi vt iacet. Ideo inquit. Est autem quemadmodum in *Syllogismus litteræ.* anima aliquotiens quidem intellectus sine vero & falso, aliquotiens autem cui necesse est horum alterum inesse, hoc est aut verum aut falsum, sic & in voce: hæc est maior. Addit & ipsam minorem dicens. circa compositionem enim & diuisionē intellectuales est veritas atq; falsitas. Sed circa simplicium intelligentiam, neq; veritas neq; falsitas. Igitur in voce etiam circa compositionem vel diuisionem erit veritas aut falsitas. circa simplicitatem neq; sic neq; sic. Et sic habetur totus syllogismus, per quem habebitur (vt dicemus in textu proximo) ꝙ nomina ipsa & verba ab enūtiatione differūt. nā nomina & verba simplicia sunt, & sic erunt sine vero & falso, enūtiatio compō aut diuisio: igitur cū vero aut falso. Et ita habentur genus & differentiæ nominum & verborum. Quantū vero ad verba græca attinet noe- *Quo ad græca verba.* ma græce, latine est, tum intellectus, tum conceptus, & quomodocunq; sit, multiplex est: compositus siue diuisus, vt enuntiatio siue ratio in anima, affirmatiua vel negatiua. Simplex vt hominis aut equi. Et discursiuus vt syllogismus. Modo patet verum vel falsum esse in compositione. Simplicia vero esse absq; vero & falso. Hæc quo ad verba. Quærunt autem vtrum hic arguendi lo- *Dubitatio. Rn̄sio Thomæ.* cus sit à simili tm̄, vel à simili & causa. Respondet expositor ab Ammonio accipiens hanc manifestationem esse non tm̄ à simili, sed etiam à causa, quam effectus ipse imitatur. Est enim intellectus causa, quæ vero in voce effectus. Sed hoc stare non potest. quia non videtur *Confutatio.* quomodo conceptus sint causæ veri & falsi in voce. *Ista valde debilis est, cum fere omnia in ea absq̄ probabilia sint.* non enim vt materia, aut forma: quia conceptus nullatenus sunt aliquid vocum, nec eorum quæ in voce: nec vt finis. nam finis vult esse vltimum, vt secundo auscultationis physicæ dicitur. Modo conceptus est prior & voce & vocum veritate. Nec vt agens, nam ab eo ꝙ res est vel non est oratio dicitur vera aut falsa, vt ab agen- *Solutio propria.* te, vt dicitur in pr̨dicamentis. Ideo vt frequenter diximus verū & falsum sunt in intellectu vt in subiecto, in voce aut scriptis, vt in signo, in rebus vt in causa. Vis igitur arguendi non est demonstratiua, sed dialectica à simili tantum. Multa adijci possunt, quæ ab expositoribus tum græcis, tum latinis perquire. Hæc enim raptim scribimus.

Nomina quidem igitur ipsa aut uerba consimilia sunt si- *Nomina nō ui.*

ne com-

Si ex humano instituto verũ vel falsum significat, sed sola enunciatio.

ne compositione & diuisione intellectui: ut homo uel album quando non additur aliquid: nam nondum falsum aut uerum est. Huius autem signum hoc est. hircoceruus & enim significat aliquid quidem, sed nondum uerum aliquid aut falsum, nisi esse aut non esse addatur aut simpliciter, uel secundum tempus.

Cõm. 5. Prima expõ. Secunda.

Hæc litera potest introduci vno modo vt sit conclusio, quomodo expositor induxit, innisus forsitan verbo illatiuo igitur, Alio modo potest induci: vt sit minor syllogismi, sub accepti sub syllogismo principali: qui sic erat. compositio vel diuisio in intellectu sunt cum vero & falso, intellectus sine compositione & diuisione nec sunt cum vero nec cum falso. ex quo voluit habere hanc conclusionem, in voce sunt quædam cum vero vel falso, quædam non cum vero aut falso. modo addit minorem dicens, nomina ipsa verba similia sunt intellectui, qui est sine compositione & diuisione. hoc est nomina & verba sunt voces simplices: subaudi conclusionem. igitur significant absq; vero & falso. Illa itaque particula illatiua igitur, addita est vt notaretur conclusionem contineri in hac minori, propterea supplet exemplum dicens: vt hoc nomen homo aut album quando non additur aliquid. nam nullo illis addito, nondum eorum, aliquod falsum, aut verum est.

Signum. Rem hanc Aristoteles confirmare videtur signo, quod potest loco à maiori sic formari. si aliquod nomen se solo significat cum vero aut falso maxime esset hircoceruus. Tunc dat oppositum consequentis dicens: sed nondum verum aliquid aut falsum: nisi esse aut non esse addatur. & hoc aut simpliciter, aut secundum tempus. Sic igitur patet nomina & verba seorsum accepta significare, & non cum vero aut falso.

Dubitationes. Sed circa verba textus quærunt primo cur vsus est nomine composito, & non entis, Huius causæ possunt esse plures: vt è verbis Ammonij excipi potest. *Prima Prima causa.* Primo. quia nomina eiusmodi videntur potissimum falsitatẽ significare: propter partium incompossibilitatem. *Secunda* Secundo vt innueret non solum nomina simplicia ad veritatem significandam egere verbo, sed etiam nomina ipsa composita. *Tertia* Tertio vtitur exemplo in fictis, vt innueret veritatem non solum reperiri in rebus, sed in his quæ sunt ab intellectu solo. *Secũda dubõ.* Secundo quærunt cur ait compositionem significare cum vero vel falso: & non significare verum vel falsum. Similiter & nomina significare sine vero & falso, & non ait nomina non significare verum aut falsum. *Solutio. Significare cũ vero compositis orationibus conuenit.* Dici potest ꝙ differunt significare verum, & significare cum vero. Nam hoc nomen verum significat verum, vt hoc nomen falsum significat falsum. quia significant se: non tamen cum vero: quia suum significatum non significant cum vero, aut falso: nisi addatur verbum. *Tertia dubõ.* Tertio quærunt quid Aristoteles vult per simpliciter, aut secũdum tempus? *Prima rñsio* Respondent quidam primo ꝙ verbum præsens interdum dicit esse simpliciter vt substantiam, ut cum dicitur deus est. Quandoq; tempus tantum, ut dies est. Dixit igitur aut simpliciter, aut secundum tempus propter hæc. Sed hæc expositio non placet. Nam Aristoteles loquitur de esse & non esse generatim vt sunt notę extremorum: quæ abstrahunt ab his. Expositor aliter ait tempus præsens esse simpliciter. Cætera ut præteritum ac futurum esse secundum quid: hoc est secundum tempus. *Confutatio.* Sed hæc expositio forte non valet. quia quælibet differẽtia temporis est tempus secundũ quid. Quoniam per aliquid differt ab alijs differentijs.

Propria solutio. Aliter Ammonius. quòd verbum potest accipi dupliciter. vno modo absolute, vt est, fuit, vel erit. alio modo cum aduerbijs temporis: est nunc, fuit heri, erit cras. Primo modo dicitur simpliciter. Secundo modo dicitur secundũ tempus, sed vtcunq; sit. Textus patet.

Quæstio Sed contra hæc dubitant nonnulli recentiores. videtur enim nomen vel verbum significare cum vero aut falso. Primo, quia ad placitum significant. Igitur possibile est vnum nomen imponi ad significandum idem ꝙ deus est. Sed casu posito illa significat cum vero vel falso. igitur nomen vtpote A. aut B. Secundo hæc est vna copulatiua vera, omnis homo est risibilis & econtra. Modo hoc esse non potest nisi verbum econtra significet cũ vero vel falso. *Prima positio* Sorticolæ in re hac discordant. Nam quidam eorum voluerunt eiusmodi nomina, vt. A. vel. B. significare posse cum vero aut falso, & consequenter concedunt esse enuntiationes aut propositiones. Hoc probant. quia concedenda aut neganda sunt enuntiationes vel propositiones: sed hæc sunt concedenda vel neganda, aut dubitanda. Igitur sunt enuntiationes. *Secunda positio* Alij simpliciter casus hosce nullatenus amittunt, & ita negant A. esse propositionem. vel verum, aut falsum significare: vt per verba Aristotelis videtur, & per rationem: quia sunt simplicia: quæ nunquam cum vero, aut falso significant, nisi addatur esse vel non esse.

Sed hæc solutio stare non potest: quia vbiq; Aristoteles accepit litteras pro enuntiationibus: vt in primo posteriorum contra antiquos, qui in demonstrationibus dederunt circulum, & in primo & secundo priorum frequenter. Alij concedunt hos casus, quòd videlicet. A. vel. B. possunt significare cum vero vel falso: sed dicunt eiusmodi non esse enuntiationes, aut propositiones. quia non significant cum vero vel falso per modum complexi. Sed hoc videtur difficile. nam cuicunq; competit ratio significandi ei debetur modus. Quare si his competit ratio significandi complexa, etiam & modus debebitur. *Rñsio propria* Propter hęc videtur mihi esse dicendum nomina & verba quo ad primam eorum impositionem non significare nisi incomplexum, neque cum vero, neque cum falso. Quo vero ad nouam impositionem, cum sint ad placitum possunt significare cum vero vel falso. nunquam tamen erunt propositiones, aut enuntiationes. Propterea non valet. A. significat cum vero vel falso, igitur est propositio aut enuntiatio. Oportet enim addere in antecedente ꝙ significet ex prima impositione, & non ex noua institutione. Et per hæc verba Aristotelis & Alexandri rationes possunt moderari.

De Nomine.

Quid sit nomen.

Nomen igitur est uox quidem significatiua ad placitum sine tempore cuius nulla pars est significatiua, separata.

Cõm. 6. Cum interposuit communia quædam, è quibus & genus & differẽtias nominis nancisci posset, nũc de nomine ipso aggreditur. Sed videtur ordinem euertisse. nam in libro priorum egit de propositione antequã de ter-

determino. modo ita se habet nomen ad enuntiationem, vt terminus ad propositionem. Secundo, doctrina debet è notiori incipere. Sed nobis sunt prius nota tota, vt in physica traditur auscultatione, igitur prius ab enuntiatione, quæ est totum, quam è nomine & verbo: quæ sunt illius partes. Et si de nomine & verbo prius quam de enuntiatione ipsa, cur prius è nomine? Ad primum quicquid (velint veteres græci) Aristotelem in prioribus resolutorie processisse, ideo è compositis processit. Nunc vero compositorie, ideo è partibus. Ad secundum Esculanus fingit nomen esse vt materiam, verbum vero vt formam. sed quia materia præcedit formam, ideo è nomine.

Sed hoc stare non potest: quoniam materia non est scibilis, nisi per analogiam ad formam, vt in auscultatione physica dictum est. Igitur è forma ipsa, & consequenter è verbo procedendum esset. Ammonius ait nomen ipsum substantiæ modum detinere, verbum vero accidentis. Modo substantia est prior accidente. Nec mihi placet hoc: quia substantia non nisi per cognitionem accidentium cognoscitur. Ideo dicendum nomen ideo esse prius tractandum, quia facilius cognoscitur. nam verbum absque ipso nomine cognosci non potest. Significat enim esse: quod sine extremis non est intelligere. At nomen ipsum cum sit absolutum quoddam: intelligi potest absque verbo. Quantum autem ad verba græca attinet. in græcis codicibus inuenitur oun: quod latine est, tum igitur, tum ergo. & rationabiliter profecto, vt videlicet annotaret definitionem eiusmodi ex diuisione proxime facta collectam esse. Hæc enim est regula definitionum inueniendarũ, vt Sexto Topicorum traditur. & secundo posteriorum, vt post diuisionem fiat partium compositio, vti cõclusio. Qua ratione processit hic. Diximus enim voces animæ passiones significare: & cum nomina passiones illiusmodi designent: voces erunt significatiuæ. Vnde genus ipsum Aristoteles nactus est. Declaratum est etiam omne significans expositione, & non natura, significare ad placitum. Quod græce est sythece latinæ fœdus, pactum, institutio, aut placitum. Sed cum constet nomina significare expositione, iure ad placitum significant. Rursum declaratum est nomen significare sine vero & falso: omne autem sic significans est sine tempore significatiuum: & cuius nulla pars seorsum significat. Aristoteles itaque hæc omnia considerant, per modum consequentis definitionem nominis deduxit. Multa alia hic recentiores addunt, quę (quia patent omittimus.)

Secunda Ammonij. *Confutatio.*

In nomine enim, quod est equiferus: equus ipse nihil per se significat, quemadmodum in hac oratione, equus est ferus.

Partes nominis seorsum acceptæ nihil significant.

Cõm. 7.

Erat vltima definitionis pars, quod nulla nominis particula seorsum separata aliquid significet. nunc illam exponit. Et manifestat hanc vltimam definitionis particulam in nominibus compositis. in quibus (vt inquit Ammonius) minus videtur, vt quasi syllogizet è maiori ad minus. Nam in hoc nomine, quod est equiferus, pars hæc ferus, aut equus seorsum nihil significat: quemadmodum in hac oratione equus est ferus, aut equus ferus.

Quantum ad græca verba attinet, verbum equiferus græce est calippus, à calos, quod latinæ est bonus: & hippus, equus. sed quia minus sonat equibonus, vt equiferus, Boetius & alij transtulerunt equiferus. Et vbi Boetius transtulit ferus ipsum nihil per se significat. Græce legitur equus, sed non refert. Amplius verbum illud quemadmodum in hac oratione equus ferus: potest legi cum verbo, sic equus est ferus: & absq; verbo equus ferus. Solum enim vult habere quòd pars nominis & si significet seorsum: non ita significat, sicut quando erat in oratione. Incœpit autem particulam definitionis vltimam exponere: quia, vt ex Ammonio colligitur, hæc particula est vt cæterarum finis, & omnibus principalior. Modo finis est intentione primus, & etiam cognitione.

Verum non quemadmodum in simplicibus nominibus, sic se habet etiam incompositis. In illis enim nullo modo pars est significatiua, in his uero uult quidem, sed nullius separata: ut in eo nomine, quod est equiferus, particula ferus.

Nominis cuiuslibet pars seorsum accepta non significat. sed est alia ratio significandi in nominibus simplicibus & compositis. Cõm. 8.

Sed dices igitur nomina simplicia & nomina composita non differunt. Ideo respondet, quòd differunt: quia in simplicibus nominibus pars nullo modo est significatiua neque secundum veritatem, neque secundum apparentiam: at in compositis videtur quidem aliquid seorsum significare, sed nihil reuera significat: vt de hoc nomine equiferus diximus, quòd pars ferus nihil seorsum significat. Quantum ad græcam litteram attinet verbum illud vult, græce est vouletæ. Melius tamen (vt mihi videtur) sonat apparet, aut videtur. nam nomina composita, ex quo imposita sunt à conceptione composita, videtur quòd illorum partes seorsum aliquid significent. Nomina vero simplicia, cum instituta sint à conceptione simplici, partes eorum seorsum nec significant, nec significare videntur. Ex his potest syllogismus sic componi. nullius nominis simplicis nullius nominis compositi pars significat separata: omne nomen aut simplex, aut compositum: igitur nullius nominis pars significat separata. Minor supponitur. Prima pars maioris & secunda declaratæ sunt in textu.

Sed querũt vtrum alicuius nominis pars significet separata? Et videtur quòd sic: quia cuiuslibet compositi ex pluribus nominibus pars significat separata. Sed aliqua nomina componuntur ex pluribus nominibus vt equiferus, & id genus. Omnes ad quæstionem & græci & latini conueniunt partes nominis comparari posse ad totius compositi intellectum, aut inter se. Primo modo nulla significat separata, nisi in oratione homo est bonus. Seorsum enim illud idem partes hæ significant, quod in oratione tota significabant. Et hoc modo intelligit Aristoteles. Nam licet equus & ferus seorsum aliquid significet, non tamen ad intellectum totius. Propterea inquit Ammonius, nullum nomen componi pluribus è nominibus, quatenus nomina sunt, sed quatenus transcunt in vim syllabarum. Equus enim & ferus in hoc nomine equiferus, syllabarum vices detinent. Auerroes autem in paraphrase huius loci vtitur alijs verbis, quòd partes nominis nunquam per se significant separatæ, sed per accidens: quod est dicere: non quatenus sunt partes nominis, sed quatenus seorsum sunt, transeunt in vim nominum. At in oratione partes seorsum idem significant,

An pars nominis separata significet.

Solutio Auer.

cant, quod in oratione, quia vtrobique quatenus nomina ſunt.

Nomini ſunt ſoni & voces ex inſtituto, nõ ex natura.

Ad placitum uero: quoniam nullum nomen eſt ſua natura ſignum, ſed cum ſit. ſignificant nanq; & illiterati ſoni, ut qui ferarum: quorum tamen nullum eſt nomen.

Nunc tertiam explanat definitionis partem. Nam primam, quòd nomen ſit vox: & ſignificatiua ex his, quæ communiter accepit, vult eſſe manifeſtam. Illam vero, quòd ſine tempore ex definitione verbi declarabit. reſtat igitur vt tertiam exponat. Quantum vero ad græca verba attinet, animaduerte, quòd verbum verbo transferendo littera Ariſtotelis eſt, ſecundum placitum vero: quoniam natura nominum nihil eſt, ſed cum ſit nota. nota enim græce eſt ſymbolum, latine etiam ſignum. Sed cum hæc littera ad verbum tranſlata minime ſonet, ideo tranſtuli ad placitum vero: quoniam nullum nomen eſt ſua natura ſignum, ſed cum ſit ex inſtituto. Hoc enim differt & à rebus, & ab animæ paſsionibus, vt diximus. Et quòd natura ſignificans non ſit nomen exemplo à ſonis animalium perſuadet, & inquit. Significant nanque ſua natura & illiterati ſoni, vt qui ferarum: quorum tamen propter ſignificationem, quam habent naturalem, nullum eſt nomen. Igitur nomen ab inſtituto ſignum eſſe debet: & hæc ratio valet, ſiue ſit locus è contrario, ſiue ſit locus è ſimili, ſiue aliter. Animaduerte quòd animalium ſoni dicuntur agrammatoi, hoc eſt illiterati: quoniam ſcribi non poſſunt: & à natura ſignificant: quia eodem modo eſt in omnibus animalibus. Habet enim à natura animal ipſum per ſuæ vocis ſonum ſignificare affectum. Quare propter duo eiuſmodi ſoni nomen eſſe non poſſunt: tum quia illiterati, tum quia è natura. Recte igitur dictum eſt ad placidum. Mouent quæſtionem ex Alexandro talem. verba ſunt voces, voces ſunt nomina, igitur verba ſunt nomina. concluſio falſa: & non pro maiori, igitur pro minori. Reſpondet Ammonius, quòd nomen & verbum ſunt voces ſecundum materiam, vt archa eſt lignum ſecundum materiam. Materia enim nominis & verbi à natura eſt, vt vox. Forma autem nominis ab arte atque inſtitutione, vt archa. quo quidem ad materiam à natura eſt, quo vero ad formam ab inſtitutione ac arte. Sic nomen quo ad materiam eſt res naturalis, quo ad formam eſt res ab arte: vt igitur non valet, lignum eſt à natura, ianua eſt lignum, igitur ianua eſt à natura. Obijcit autem huic Ammonius: quoniam ſi nomen eſt ab inſtitutione, & non à natura: tunc ſignum aptius in nominis definitione caderet quam vox. Reſpondet ipſe hoc eſſe factum: quia in definitione accidentis in concreto debet poni ſubiectum loco generis, & accidens pro differentia. At cum nomen accidens ſit voci, ideo dicitur nomen eſt vox. Sed hæc reſponſio non mihi placet. Primo, quia ſi nomen eſſet forma artificialis, tunc eſſet quid additum voci. Hoc autem falſum eſt. Nam aut erit ſubſtantia, aut accidens: non ſubſtantia vt patet. ſi accidens: non abſolutum, vt patet. nec relatiuum: quia tunc eſſet relatio realis. nam fundamentum reale eſt vt vox. terminus realis vt res ſignificata. Amplius nomen videtur abſtractum. igitur in definitione debet cadere ſubiectum in obliquo.

Animalium ſoni nomina non ſunt.

Solutio ꝑpria.

Videtur igitur mihi nomen ipſum nihil aliud eſſe niſi vocem articulatam cum intentione ſignificandi aliquid prolata. Vt enim vrina eſt ſignum ſanitatis nullo addito ſibi: ſed quatenus ab intellectu efficitur ſignum ſanitatis: ſic vox eſt nomen nullo addito: ſed quatenus ab intellectu inſtituitur ad ſignificandum. Sindapſus enim non nomen eſt. Sed ſi ad ſignificandum inſtituitur: fiet nota ſiue ſignum: qua ratione nomen fiet vt Boetius inquit. & hoc inquit Ariſtoteles cum ait: quoniam naturaliter nomen nihil eſt: ſed quando ſit nota. & ita nomen eſt vox ſecundum materiam & formam ſic inſtituta vt ſignum. Tunc ad argumentum Alexandri dicerem ibi eſſe deceptionem propter accidens: vt non ſequitur. homo eſt animal. animal eſt dictio. igitur homo eſt dictio: aut non ſequitur. homo eſt animal, animal eſt genus, Igitur homo eſt genus. Variatur enim vt ſorticolæ ſentiunt ſuppoſitio. nam in prima animal ſupponit formaliter, in ſecunda materialiter: ideo non valet. Sed dubitãt græci. nam Ariſtoteles ait nominum naturaliter nihil eſſe. hoc eſt nominum ſignificatio non eſt naturalis. Plato vero & Socrates in cratilo volunt nomina è natura ipſa eſſe. Et ita iſti ſunt contrarij: quod apud græcos habetur remotum.

Poſitiones.

Circa hanc dubitationem quidam (vt Ammonius narrat) voluerunt nomina eſſe ſimpliciter & omnino ab inſtitutione: & nullatenus è natura, cuius opinionis fuerunt Hermogenes: & diſcretus Diodorus.

Alij dixerunt nomina eſſe ſimpliciter à natura, quatenus ſunt rerum naturales ſimilitudines. Cuius poſitionis fuerunt Cratillus hæredeus: atque Heraclitus epheſius. Ammonius voluit nomina ipſa eſſe naturalia quantum ad ethymologiam. nam omne nomen vult eſſe impoſitum è proprietate reperta in re. vt lapis quaſi pedem lędens: & petra quaſi pede trita.

Quantum vero ad ſignificationem ipſam ab inſtitutione ſunt. Et ſic inter hos duos conſultat. Et ſi dicitur vnam rem naturalem plura nomina habere.

Reſpondet, quia à diuerſis proprietatibus nomina diuerſa nanciſcitur. Sed pace horum hoc ſtare non poteſt. Primo, quia tunc nullum eſſet æquiuocum à caſu. nam omne nomen ſignificaret à proprietate rei, & ſic canis eſſet analogum, & non æquiuocum caſu.

Secũdo vt in natura accidunt caſus, quorum nulla cauſa poteſt dari niſi per accidens, ita & in arte. & per conſequens poſſunt dari nomina à caſu, nullaque rerum proprietate.

Et videtur hæc ſententia Ariſtotelis in primo elenchorum vbi inquit. nomina quidem finita ſunt, & orationum multitudo. res autem numero infinitæ: neceſſe eſt igitur plura eandem orationem & vnum nomen ſignificare. Propter quod mihi videtur eſſe dicendum in vniuocis & ſpeciebus nomina eſſe omnia impoſita à proprietate rei. vt homo ab humanitate, ſiue humo: lapis à læſione. & vnumquodque à ſui ethymologia: licet in multis illa nos lateat. In æquiuocis vero & ſingularibus nomina eſſe caſu aſſero. Vnde Boetius in prædicamentis. commento primo. inquit. æquiuocorum alia ſunt caſu, alia conſilio: caſu vt Alexander Priami filius: & Alexander magnus. Auguſtinus Aurelius: & Auguſtinus Niphus. Caſus enim id egit vt idem vtriſque nomen imponeretur. Dubitant ſorticolæ: vtrum nomen in mente ſit nomen. Videtur quòd non per Ariſtotelis definitionem. nam nomen

Solutio propria. Vniuoca à proprietate rei impoſita ſint, æquiuoca non à caſu.

Num nomina ſint in mente.

nomen eſt vox. In mente autem nulla eſt vox. Pro alia parte eſt quòd nomen primæ & ſecundæ (vt dicunt) intentionis eſt in mente. Amplius in mente eſt enuntiatio. ſed omnis enuntiatio conſtat ex nomine & verbo. Igitur in mente ſunt nomina & verba. Dicendum apud Boetium in prædicamentis, capite de ſubſtantia. in mente non eſſe orationem, & per conſequens nec enuntiationem. Id autem, cui ſubordinatur oratio ſiue enuntiatio græce eſologus, latine interior ratio appellatur. Enuntiatio vero ipſa græce eſt exologus: hoc eſt exterior ratio. Apud enim græcos logus eſt communis rationi & orationi. Apud nos vero interior ratio vno nomine vocatur vt ratio, exterior ratio vero oratio. Tunc dico in mente nec eſſe enuntiationem, nec orationem, nec nomina nec verba. ſed bene conceptiones compoſitas & ſimplices. Compoſitas quidem quibus orationes ſiue enuntiationes ipſæ ſubordinantur, ſimplices vero quibus nomina & verba: & ita concedo in mente non eſſe nomina neque verba: ſed ſignificationes, quibus hæc ſubordinantur. Ad argumenta in contrarium patet ſolutio: nullum enim eſt nomen primæ aut ſecundæ intentionis, licet ſit nomen primæ aut ſecundæ impoſitionis. Omne enim nomen eſt ab impoſitione. Ad ſecundum patet ſolutio in mente eſt ratio, in voce oratio ſiue enuntiatio, quæ rationi ſubordinatur.

Nullum nomẽ eſt in mẽte, ſed nominis conceptus.

Nullum eſt nomen primæ vel ſecundæ intentionis, ſed impoſitionis.

Ipſum uero non homo, non nomen eſt, ſed uel neque nomen poſitum eſt, quo ipſum appellare oportet. Neque enim eſt oratio, neque negatio, ſed nomen uocetur ambiguum. Quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & eo quod eſt, & eo quod non eſt.

Nomina ambigua, ſeu infinita non ſunt nomina.

Com. 10.

Obijciet autem quiſpiam definitioni datæ, quòd tunc non homo, & id genus, Catonis & id genus eſſent nomina. Nam his competit definitio data.

Reſpondet Ariſtoteles & excludit duo à ratione nominis. primo nomen ambiguum, ſecundo caſus nominum: & ſic definitioni datæ oportet ſupplere duas illas particulas, ſi debeat eſſe perfecta, vt dicemus. Accipit igitur duo. primum quòd non homo & cætera id genus non ſunt nomina. Secundo quòd ijs talibus non eſt vnum impoſitum nomen. & hoc inquit, ipſum vero non homo non nomen eſt, hoc eſt primum. ſed vel neque nomen poſitum eſt, quo ipſum appellare oporteat. hoc eſt ſecundum. Hæc per ordinem declarat, & primo quòd non ſit ei nomen impoſitum. Videtur enim cum duobus conuenire. cum oratione propter complexionem: & cum negatione propter particulam negatiuam. ideo probans ſecundum inquit. Neque enim eſt oratio, neque negatio. Deinde probat primum: & fingit illi nomen, quo nunc appellari liceat & inquit. ſed nomen ſit aut vocetur, ſi fingere liceat ambiguum: quia vt dicit, & quod eſt, & quod non eſt in oratione rerum ſine diſcrimine vllo ſignificat: & hoc inquit. Quoniam ſimiliter in quolibet eſt, & eo quod eſt: & eo quod non eſt. Hircoceruus enim non homo eſt, & equus etiam non homo. Quantum vero ad græca verba attinet ambiguum grȩce eſt aoriſton: quod latine non eſt infinitum. Nomina enim grȩca ſunt diuerſa. Græci enim infinitum dicunt apeiron. Ambiguum quod indifferens eſt ac innominatum aoriſton vocant. Differunt enim apeiron & aoriſton. Nam infinitum proprie in quantitate eſt, vt in numeris, aut mole, quod videlicet caret fine. At aoriſton hoc eſt ambiguum, eſt etiam in non quantis: & indifferens. Ideo Ariſtoteles hoc deſignans ſubiecit, quia ſimili ratione ſignificat ens, vt equum, & non ens, vt hircoceruus. Per hoc enim illius indifferentia atque ambiguitas deſignatur. Quod autem non homo & id genus nomen non ſint, græci hac ratione perſuadent. Omne nomen ſignificat aliquam naturam determinatam, vt homo: Aut perſonam determinatam, vt pronomen: Aut vtrunque determinate, vt indiuidua ſubſtantiæ, vt Socrates & Plato. Sed ipſum non homo & id genus nullum horum affert. Igitur non nomen eſt dicendum. Propterea imponi debet nomen à negatione hominis: quia tunc æqualiter de ente & non ente. vt refert hic Ammonius. Quærunt recentiores vtrum omne nomen poſsit infinitari: ſiue (vt magis ad græcum loquar) vtrum omne nomen poſsit reddi ambiguum: hoc eſt, vt ita loquar, aoriſtari? Reſpondent nonnulli ſorticolæ tranſcendentia aoriſtari non poſſe, vt ens, vnũ, & id genus. Mouentur autem propter Boetij verba. Inquit enim nomen infinitum præſentem naturam interimit, cum additur negatio infinitans, infinitas alias derelinquitur. Modo ſi quis addat enti negationem nulla derelinquetur natura, immo nec infinitas poneret. Idem ſorticolæ probant: quoniam omne ſignum negatiuum aut priuatiuum terminum ſequentem ſe immediate diſtribuit pro ſingulis. Vt dicendo non ens: modo ens diſtribuitur: & ſic pro nullo ente. & ita negat omnem naturam nullam addens.

Prima dubitatio.
Nomen eſſe illi vtrum poſsit infinitari.

Mihi videtur quicquid velit Boetius non eſſe addendum ad ſimplicia Ariſtotelis verba. Propterea tenet probabiliter, & cum proteſtatione dicendi aliter, ſi aliter occurret, omne nomen poſitiuum, ſiue prædicamentale ſiue tranſcendens poſſe aoriſtari. Intelligo tamen per aoriſtari quando nomen ipſum redditur ambiguum & indifferens: vnde cum dico non ens aoriſtice volo intelligere non ens tale indeterminate ſumptum, quod nonnulli vocant confuſe: malo indeterminate: propter quod concederem hãc, lapis eſt non ens, vt verbum non ens aoriſtice tenetur: quia eſſet ſenſus lapis eſt non ens tale: quia non equus, non homo & id genus. Itemque concederem ens eſſe non ens: quia ens tale eſt non ens tale, nõ ens eſſe non ens: propter hoc prædicatur de duobus contradictorijs: quia licet ens & non ens ſint contradictoria, non ens tale & ens tale minime. Huius vero ratio eſt: quia non ens aoriſtice ſumptum eſt vna dictio ſiue nomen vnum. priuatiue autem aut negatiue eſt complexum, vt oratio. Huic videtur Auerroes, ipſe conſentire primo auſcultationis phyſicæ: vbi commen. 25. hæc nomina ens & non ens dici aſſerit de decem prædicamentis: quod minime poteſt intelligi niſi ipſum non ens aoriſtice ſiue ambigue teneatur. Amplius aoriſtice teneri eſt determinatam, aut naturam, aut perſonam, aut vtrunq; ſignatum interimere: & indeterminatam aut naturam aut perſonam, aut vtrunque ponere. Rurſus dicendo non Socrates: ipſum non Socrates aoriſtatur: non tamen diſtribuitur: propter hoc videtur mihi omne nomen aoriſtari poſſe ſiue reddi ambiguum

Solutio ꝓpria.
Nomen eſſe põt infinitari apud intellectum logicæ non inerudit um.

guum

guum propter quandam indifferentiam ad id quod eſt & ad id quod non eſt: & per hoc differt à nomine communi: quod licet ſit indifferens, non niſi is quæ ſunt ſub eo indifferens eſt. Differt tamen aoriſtatio tranſcendentis ab aoriſtatione termini prædicamentalis: quia aoriſtatio tranſcendens eſt ſecundum quid illa prædicamentalis ſimpliciter, vt dictum eſt.

Scđa dubitatio.

Quærunt etiam, vtrum enuntiatio poſſit aoriſtari? Iamblicus Platonicus orationem ſiue enuntiationem aoriſtari poſſe contendit propter aoriſtationem ſubiecti aut prædicati ſiue nominis aut verbi. motus fortaſſe, quia quod parti contingit ineſſe, toti quoque accidit: vt quinto Phyſicorum habetur. vbi enim capiti criſpitudo ineſt, & homini ineſſe neceſſe eſt.

Vtrum oratio valeat infinitari.

Confutatio.

Sed hoc ſtare non poteſt. ait enim neque enim oratio neque negatio eſt: ſed omnis finita. Rurſus in capitulo de nomine & verbo nomen & verbum aoriſtari aſſerit, nullibi tamen orationem.

Solutio ꝓpria.

Tenendum igitur nullam orationem: nullamque enuntiationem aoriſtari poſſe. Tunc ad rationem pro iamblico dico quòd omne quod parti ineſt neceſſe eſt toti ineſſe. Non tamen quicquid partem de nomina, neceſſe eſt totum ipſum denominare: nam albedo dentes denominat æthiopis, nequaquam æthiopem. Dubitant & adhuc ſorticolæ: quia videtur nomen ambiguum eſſe nomen: quia valet eſt nomen ambiguum: igitur nomen ab inferiori ad ſuum ſuperius.

Oratio non pōt infinitari.

Reſpondendum non valere: ſicut non valet, eſt homo mortuus: igitur homo. itemque nec valet, eſt albus dentes: igitur albus. Non enim arguitur ab inferiori ad ſuperius, ſed à ſecundum quid ad ſimpliciter.

Obliqui caſus à nominis rōne aliena ſunt.

Ipſum uero philonis, aut philoni, & cætera id genus non minima ſunt, ſed nominis caſus. ratio autem eius in alijs quidem eſt eadem, quanquam differunt. Nam eſt, aut fuit, aut erit addideris, neque uerum neque falſum eſt. nomen uero ipſum ſemper, ut philonis eſt, aut non eſt, nondum uerum aut falſum dices.

Cōm 11. Pō ſtoicorum.

Quidam, vt ſtoici, caſus eſſe nomina, & rectum eſſe caſum concedunt. Rectum quidem caſum, quia è mente ipſa cadit: & ab ipſo cæteri caſus. obliqua vero nomina, quoniam voces ſunt ſignificatiuæ ad placitum ſine tempore. Excludit igitur caſus ipſos è nominis ratione, & inquit, ipſum vero Philonis aut Philoni non nomina ſunt: ſed nominis caſus. Addit tamen conuenientiam inter caſus & nomina, & differentiam: & inquit, ratio quidem eius, hoc eſt nominis: quæ pauloante generatim aſsignata eſt, in alijs quidem eadem eſt: quaſi dicat, quòd ratio generalis nominis, quæ proxime aſsignata eſt, vna eſt nomini ipſi, atque caſibus quanquam differant. nam cum ipſis caſibus eſt, aut fuit aut erit addideris, neque verum neque falſum eſt, nomini vero ipſi, cum ſupple addideris, ſemper verum aut falſum dices. vt Philonis ipſi eſt, aut non eſt cum addes, nondum enim verum aut falſum dices. Nomen igitur & caſus nominum conueniunt in ratione nominis generali, differunt autem: quoniam nomen additum verbo eſt, ſemper reddit orationem aut veram aut falſam. Ex his vult habere Ariſtote. hanc eſſe nominis definitionem. nomen eſt vox ſignificatiua ad placitum: cuius nulla pars ſignificat ſeparata, determinata, atque recta: per hanc rationem habetur tota nominis eſſentia.

Definitio nōis perfecta.

Per hæc patet ſolutio ad rationem ſtoicorum. licet enim rectus cadat è mente, non propter hoc dicitur caſus. dicetur enim etiam verbum habere caſus: ſed id dicitur caſus, qui ab alio cadit per inflexionem, vt Boetius & Ammonius addūt. Cur vero vſus eſt verbo ſubſtantiuo, curúe generalem præmiſit nominis rationem, Ammonius, è quo expoſitor noſter accepit, facile declarat: nam ſubſtantiuo vſus eſt, quia cum cæteris verbis caſus faciunt nonnunquam orationes veras. Præmiſit vero rationem generalem, quia doctrina incipit ab vniuerſaliori, adiecit ſpecialiorem, vt generalem compleret.

Dubitationes litterales.

Animaduertendum quòd Auerroes, in paraphraſe huius capituli velle videtur quòd tam nomina ambigua, quæ vocat infinita, quam caſus nominum, ſint nomina: & hoc ideo dicit, quia vult nomen diuidi in hæc. Omne autem diuiſum prædicatur de diuidentibus. Sed quia hoc videtur contradicere verbis Ariſtotelis pro verificatione litteræ: vult hæc non eſſe dicenda nomina abſoluta, nam propter excellentiam videtur rectum nomen: & determinatum nomen eſſe nomina: quia videlicet in illis nominis ratio præſtantius ſaluatur: & ita vult hæc eſſe nomina non priuationes nominum, licet abſolute dum nomen profertur de potioribus intelligatur. quemadmodum accidens eſt ens, & ſubſtantia eſt ens: verum ens abſolute intelligitur principaliter de ſubſtantia. Principaliter igitur nomen dicitur de rectis & determinatis ſiue finitis, licet communiter de vtriſque dicatur. Multa captiunculatores hic fabulantur, quæ cum puerilia ſint, prætereunda eſſe diiudico. Multa quoque de nominis diſtinctione Ammonius addit: quæ cum ſint potius grammaticæ dicta, grammaticis relinquantur. Hæc de nomine.

DE VERBO.
CAP. III.

Verbū quid ſit

V*ERBVM uero eſt id quod ſignificat tempus: cuius nulla pars ſeorſum ſignificat: atque ſemper eorum quæ de altero dicuntur eſt ſignum.*

Cōm. 12.

Et de nomine tanquam de prima orationis parte hactenus, nunc igitur de verbo: quod græce eſt rema. definiens itaq; verbum particulas quaſdam, in quibus cum nomine ipſo conuenit, reticuit, vt breuitatis amator: vt inquit Ammonius volens illas eſſe intelligendas. tres vero alias explicat, quibus & à nomine & ab oratione & à participio differat. Per hanc igitur particulam, ꝙ ſignificet tempus, nomen ipſum differt à verbo: verbumq; è nomine. quando nomen ipſum ſine tempore ſignificet: vt in eius definitione adiecit. Per ſecundam vero particulam, videlicet, cuius nulla pars ſignificat ſeorſum, verbum differt ab oratione: cuius partes ſeorſum ſignificant. Sed dices hæc ſecunda particula poſita eſt

ta est in definitione nominis, igitur debuit prætermitti, vt prætermittuntur aliæ communes sibi & nomini.

Respondet Porphyrius, quem sectatur Ammonius, quòd in definitione nominis, addita est particula hæc, vt nomen ipsum ab oratione differat, quæ è nominibus constat, vt cum dicitur homo est animal. In definitione vero verbi addita est, vt verbum ipsum differat ab oratione: quę constat ex verbis, vt currere est moueri & id genus: ideo replicata est hic. Melius autem videtur mihi esse dicendum, quòd Aristoteles hanc particulam replicauit in definitione verbi, quia verbum videtur habere cum oratione maiorem conuenientiam quam habeat ipsum nomen: vt eiusmodi sunt orationes amo, disputo, & id genus: quia igitur cum oratione habere videtur maximam conuenientiam, ne sit errandi locus: idem replicat in definitione verbi, vt pateat ipsum ab oratione differre, quam responsionem videtur fortasse sentire expositor noster. Per tertiam vero particulam Ammonius, Boetius, & Expositor volunt verbum differre ab ipso participio: quod quidem significat cum tempore: verum hoc differt ab ipso verbo, quòd verbum semper est signum eorum, quæ de altero dicuntur: hoc est semper est intelligendum à parte prædicati. Participium vero indifferenter à parte prædicati & subiecti. Adijcit expositor nonnulla: quæ ab Ammonio excipit: quæ ommitto. Auerrois autem in paraphrase huius partis vult hanc tertiam particulam non esse definitionis quicquam, sed esse additum, vt proprium cum verbo conuertibile. nam cum omne verbum sit aut substantiuum aut adiectiuum, omne se tenet semper ex parte prædicati: ita videlicet, vt sit tota oratio in duo sectilis, in subiectum, quod semper est nomen, vel loco nominis positum: & in prædicatum, quod est aggregatum ex apposito & verbo. vt huius propositionis, homo est animal: subiectum est homo, prædicatum est animal. recte igitur vt proprium est additum. potest tamen per Auerrois, hæc expositio colorari: quia nulla definitio, vt traditur sexto Topicorum, dari debet per copulationis notam. Aliter esset propositio copulatiua. quare vero verbum semper se teneat à parte prædicati posterius dicetur. Quantum vero ad græca verba attinet, significat tempus græce est prosemaenon chronon: quod magis sonat latine consignificans tempus: & recte quidem, cum multum differat significare tempus, & consignificare tempus: vt mox dicetur.

Sunt enim oīa verba resolubilia in participium & substantiuum verbum.

Dico autem ipsum tempus consignificare, quoniam ualitudo quidem nomen est, ualet uero uerbum: significat enim nunc esse.

Significare cū tempore proprium est verbo, sed significare tempus conuenit etiam nominibus. Cōm. 13.

Prætermittens vnam particulam definitionis verbi, quia exposita est in definitione nominis (ibi enim quid vult intelligere per illam particulam, cuius nulla pars significat separata, est expositum) duas tantum exponit: & primo quid per consignificare tempus velit intelligere per exemplum: & inquit. {Quoniam valitudo quidem nomen est, valet vero verbum. significat enim nunc esse.} Animaduertendum vt ex Porphyrio colligitur quòd valitudo & valeo idem principaliter significant, similiter curro & cursus: ambo enim motum pedum significant principaliter: sed hoc differunt: quòd valeo secundario consignificat tempus, vt valitudinem cum differentia temporis præsentis: hoc est nunc alteri inesse, aut cum differentia temporis prę teriti, aut temporis futuri: at valitudo nullo modo tempus consignificat, sed tantum dispositionem corporis. Amplius idem significant est & ens: sed est significat esse cum certa differentia temporis, ens vero esse tantum absolute. Recte igitur diximus verbum: consignificare tempus, & non significare tempus: sic enim non differret à nominibus, vt ab anno, die & cæteris id genus. Quantum vero ad verba græca attinet. in græco codice non est cursus neque currit, sed sic legitur. hygeia, hoc est valitudo: & hygiaenei, hoc est valet. verum de exemplis non multum curandum est.

Expō verborū

Et semper eorum, quæ de altero dicuntur signum est, ut eorum, quæ de subiecto: aut eorum, quæ in subiecto sunt.

Verbum est signum eorū quæ prædicantur, siue sint substantialia, siue accidentia prædicata. Cōm. 14.

Nunc tertiam particulam exponit: & potest vt Auerroes innuit dupliciter intelligi. vno modo vt verbum sit semper nota prædicatorum, vt quod: vt quando ipsum est prædicatum, veluti in enuntiationibus de verbis adiectiuis, vt Callias disputat. est enim disputat prædicatum. aut potest illud intelligi vt quo, quia ipsum est quo prædicatum dicitur de subiecto. aut est in subiecto, vt in enuntiationibus de verbo substantiuo: vt homo est animal: aut homo est iustus. Animaduerte tamen, vt Boetius exponit in Ante prædicamentis: quòd dici de subiecto competit per se generi, atque substantiæ, esse in vero subiecto solum accidentibus. Propter hæc adiecit Aristoteles, vt eorum quæ de subiecto, vt in prædicationibus per se: aut eorum, quæ in subiecto, vt in prædicationibus per accidens; amplians dictum suum ad omnia prædicata. Circa hæc dubitare solitus sum. Primo, an verbum sit pars propositionis. Secundo si pars, vtrum se teneat cum subiecto, an cum prædicato. Tertio vtrum sit nota eorum, quæ de altero dicuntur, aut quæ in altero sunt? Respondent recentiores ad primam, quòd verbum nullatenus est pars propositionis. Alij quòd sit pars propositionis, & sit semper pars prædicati, aut totum prædicatum. Primi persuadent primam eorum positionem multis rationibus. Primo: quia verbum nō est terminus primo priorum. inquit enim ibi, terminum voco, in quem resoluitur propositio, vt subiectum & prædicatum: & nihil meminit verbi. Secundo. omnis pars propositionis potest esse maior aut minor: vt Aristot. ait ibidem. Tertio Aristot. cum docet terminos omni inesse, & nulli inesse primo priorum nihil verbi meminit: igitur non est terminus, neque pars propositionis. Quarto nulla daretur conuersio in terminis: quoniam verbum nunquam mutatur. Ex his & alijs multis verbum nec terminum esse, nec propositionis partem contendunt. Sed contra hoc pro secunda positione faciunt Porphyrius, Ammonius, Boetius & omnes expositores græci & latini. Et potest hæc positio persuaderi. verbum est pars orationis, vt omnes grammatici autumant: igitur pars alicuius speciei orationis: igitur enuntiationis, aut propopositionis. Secundo oratio constat ex nomine & verbo, vt ait Priscianus & Ammonius in principio huius: vbi dixit nomen & verbum esse partes integrales enuntiationis.

Dubitationes.

An verbum sit pars propositionis.

enuntiationis. propter hæc & alia tenemus cum grammaticis & peripateticis verbum esse partem orationis propositionis & enuntiationis. Vbi animaduertendum, esse duplex verbum, vt Porphyrius notat: cathegoricum, quod Auerrois, adiectiuum nuncupat, vt valet, currit, & id genus, & syncathegoricum, quod Auerrois, & alij substantiuum appellant, vt sum es est. Tunc dicendum verbum primo modo esse parte enuntiationis & prædicatum. causa est: quia vt dicit Aristoteles, Illud non differt è nomine quo ad significatum principale, sed solum quo ad consignificatum, quatenus nomen non consignificat tempus, verbum vero nunc esse, aut heri fuisse, & fore cras: igitur vt nomen est pars enuntiati, ita verbum. verbum secundo modo non est pars materialis, quia nec subiectum, nec prædicatum, sed significans quãdam compositionem, quam sine extremis non est intelligere, igitur est pars formalis & prædicatum formale, & quoniam forma potest remanere eadẽ omni materia mutata, propter hæc verbum illud nunquam variatur, etiam extremis mutatis. Hæc est Boetij, Ammonij, Auerrois, Porphyrij, & omnium græcorum expositio.

Verbum substantiuum esse pars formalis propositionis, sicut adiectiuum est pars materialis.

Tunc ad rationes. Ad primam cõcedo verbum substantiuum non esse terminum materialem, sed bene verbum adiectiuum: nec contra hoc procedit verbum Aristotelis. Per idem ad secundam cõcedo verbum substantiuum non posse esse, nec sic, nec sic, propterea non est pars materialis. Verbum autem adiectiuum bene. Per idem ad alias rationes. omnes enim concludunt substantiuum verbum non esse partem materialem, cũ quo tamen stat esse partem formalẽ. Verba vero adiectiua, sunt prædicata, vt patet. Ad secundam dubitationem recentiores breuibus volunt verbum substantiuum, quod est extremorum vnitiuum, non magis se tenere ex parte prædicari quam ex parte subiecti, cum sit inter illa medium cum nullo magis se tenens. verba vero adiectiua ratione participij in eis inclusi se tenent cum prædicatore, ratione vero copulæ & verbi substãtiui cum neutro magis. Pro his facit ratio hæc, quia forma non magis est forma vnius partis quam alterius, cum igitur copula ipsa sit forma rationis & cõpositionis, non magis cum subiecto quam cum prædicato se habere debet. Secundo astipulatur huic id quod Aristoteles dicet. est significat quandam compositionem, quam sine extremis non est intelligere: igitur indifferenter se habet ad ambo. Tertio, si verbum esset pars prædicati in omni bono syllogismo medium esset equiuocum, quoniam variaretur continue aggregatum ex verbo & prædicato, vt dicendo, omnis homo est animal. Plato est homo, igitur Plato est animal. In prima verbum est se tenebat cum animali, In secunda cũ homine, igitur variatur. Quarto, tunc nulla daretur prædicatio superioris de inferiori, quia dicendo homo est animal, hoc totum est prædicatum, est animal, modo hoc totum non est genus nec superius. Quinto quatuor sunt prædicata primo topicorum. capite quarto, quorum nullum est verbum. Sed hæc positio contradicit omnibus. Boetio quidem, quia vult verbum esse notam, quatenus in prædicato notat aliquod accidens, Ammonio & Porphyrio vt visum est. Auerroi vero, quia inquit, & proprium verbo est vt sit semper appositum, & non suppositum, subiectum & non prædicatũ. Rationibus etiam contradicit, quia omne additum alicui vocatur grammatice appositum, logice vero prædicatum.

Verbum an potius subiectum quam prædicatum respiciat.

Confutatio positionis.

Amplius prædicari est actus formæ, sed verbum est magis forma quam alterum, igitur sibi conuenit ratio prædicati & magis. Propter hæc dicendum, vt supra verbum adiectiuum esse partem prædicati, aut totum prędicatum, & hoc quia non differt à nomine verbali penes principale significatum. At verbum substantiuum, & si non sit pars prædicati, est syncathegorema prædicati, quemadmodum signa vniuersalia & particularia sunt syncathegoremata subiecti.

Rñsio propria

Decisio.

Huius ratio est, quia formalia cum formis coordinantur, materialia cum materijs. constat autem subiectum tenere vicem materiæ, quatenus aut est subiectũ vere accidentis prædicantis, aut inferius ad prædicatum, & vtroq; modo habet vicem materiæ, ideo sibi materialia signa comparat. Prædicatum vero, cum sit aut accidens, aut superius, rationem tenet formæ, ideo attrahit sibi formalia, quorum vnum est verbum: verbum itaq; vt sic se tenet ex parte prædicati. Per hæc ad argumenta.

Ad primum patet solutio. verbum enim syncathegorice sumptum significat formam, quæ licet vt forma cum nullo magis se teneat vt syncathegorema se tenet cum suo simili, vtpote cum prædicato, vt signa materialia cum subiecto. Per idem ad secundum, licet verbum vt forma sit indifferens, vt syncathegorema est signum prædicati.

Ad tertium dicendum, quòd syllogismus non variatur, nec medium materiale: licet varietur verbum. non.n. est pars materialis enuntiati aut propositionis.

Ad quartum consequentia non valet: quia prædicatio superioris de inferiori est secundum terminos materiales.

Ad quintum patet solutio. Aristoteles enim enumerat prædicata dialectica & non omnia. Tunc per hæc potest solui tertia dubitatio: nam. verbum cathegorice sumptum, vt Porphyrius voluit est totum prędicatum principaliter connotans verbum syncathegoricæ. Syncathegoricæ vero est signum prædicatorum: vt enim signa distributiua siue quantitatiua coordinantur cum subiectis propositionum: quia subiecta se habent vt materiæ: sic verba syncathegorica cum sint formalia coordinantur cum prædicatis: vt igitur illa sunt subiectorum signa, sic verbum prædicatorum siue nota siue signum.

Verbum quorum sit nota.

Non ualet autem & non laborat non dico uerbum: consignificat quidem enim tempus, estq; semper de aliquo. differentiæ tamen huic nullum nomen est positum: sed sit ambiguum uerbum: quoniam simili modo de quocunq; est & de eo quod est, & de eo quod non est.

Verba infinita nõ sunt verba.

Secundum Ammonij expositionem, quam vtplurimum sectamur, Aristoteles volens complere rationem verbi excludit duo à ratione verbi, videlicet infinita verba, & casus verborum. Primo itaq; proponit intentum, & inquit. {Non valet autem, & non laborat non verbum dico.} Et sic infinita siue dubia, aut ambigua verba vult dici, non verba. Secundo explicat in quot conuenit cum verbo, & inquit. {Consignificat quidem enim tempus, estq; semper de aliquo.} subaudi aut signum, aut nota, aut prædicatum. igitur in duobus conuenit cum verbo. Tum in consignificãdo tempus.

Cõm. 15.

Tum

Tum etiam in esse de altero. etiam in alijs conuenit, sed vt breuitatis amicus reticuit alia. Deinde, quia hęc verbi maneries caret nomine inquit. {Differentiæ tamen huic nullum nomen est impositum, sed sit ambiguum verbum.} Cuius rationem ait, {Quoniam simili modo & de quocunque est & de eo quod est, & de eo quod non est.} vnde virtus syllogismi erit. indifferens secundum prædicationem enti & non enti, ambiguum est dicendum, non valet & id genus est indifferens prędicatione, igitur ambiguum. Quantum vero ad verba græca attinet, verbum differentiæ gręce est diaphoræ. Ex hoc potest dubitare quis, si tale verbum est differentia, igitur per se in genere, & sic vere verbum esset dicendum. Propterea per differentiam nō proprie illud, quo differunt species sub genere sumit, vt recte Ammonius animaduertit, sed diuersitatem, quæ etiam est eorum, quæ specie & genere differunt. Ambiguum vero græce est aoristum, quod latine siue indeterminatum, siue ambiguum, siue indefinitum dicatur. Illud intelligit, quod est indifferens prædicatione ad ens, & ad nō ens. Amplius videtur ꝙ non simili modo sit de eo qđ est, & de eo quod non est, quia de eo quod est, vere est prædicatum, vt equus non valet aut non laborat. sed de eo quod non est nihil potest vere esse. Existere enim aliquid non existenti impossibile est. Propterea verbum simili modo græce est omios. modo nō dicit ommimodam similitudinem. Sed (vt dicit Ammonius) ſm quid, vt enim hæc vera est, equus non valet, aut non laborat, ita hæc. hypocentaurus non valet aut nō laborat, & sic videtur similitudo in ratione generali, non in ratione speciali. Hæc quo ad verba ipsa græca satis. Animaduertendum, ꝙ de verbo ita est dicendum vt de nomine apud Auerroem, ipse enim vult verbum esse genus, cuius duæ sunt species. verbum, quod per excellētiam intelligitur finitum & determinatum, & aoristum, quod est indefinitum prædicatione. huic positioni consonat verbum illud, differentiæ tamen huic nullum positum est nomen. Modo differentia, aut est species generis, aut in speciem contrahens, quo fit vt Aristoteles non velit definitiones complere, sed definitū per differentias diuidere, vt illius species describat. Sed circa hæc est dubitatio non parua. Vtrum, videlicet. oē verbum quatenus verbū est possit infinitari, & si sic, quō ab ipso verbo negato differt in orone. Tenent recentiores duo. primum oē verbum quatenus verbum posse infinitari. scđm ꝙ verbum infinitum siue aoristū y quia (vt Esculanus inquit) verbum negatiuum vim tenet duorū. aoristum vero vnius, ideo aoristum verbum vna dictio est & affirmatiua, verbum negatū duæ dictiones sunt cōtradictorium ad affirmatum. Propterea apud hos hæc non contradicunt, currit & non currit, vt non currit, tenetur aoristice.

Positio Auer. de verbo infiniti.

Vltimum

Num esse verbum possit infinitari.

Positia recentiorum

Pro hac positione arguūt primo, quia Aristo. inquit verbum aoristum sitr de quocunq; esse, & de eo quod est, & de eo quod non est. Hoc aūt non competit ei nisi in oratione remaneat infinitum, siue aoristum. Secundo dicit ipsum esse semper notam siue signum, hoc aūt esse non pōt, nisi in orone remaneat aoristū. Tertio vt nomen in orone pōt remanere nomen aoristū, ita verbum ēt. Quarto oīs pars oronis pōt remanere in orone. Sed verbum aoristum est ps oronis. Vltimo, si verbum aoristum solum extra oronem esset tale, tunc esset inutile, atq; superfluum, & sic volūt verbum aoristum in oratione differre à verbo negato, esseq; aoristum etiā in orone vt ipsum negatū. Differētia aūt dicta est apud hos. Sed hæc positio stare non pōt. primo, quia non oē verbum pōt aoristari, quia non verbum substantiuum syncathegorice sumptum, quemadmodum nec nomē entis transcendenter sumptum apud eos. Secundo errant, quia nullū verbum syncathegorice sumptū, hoc est vt importat cōpositionē tm̄, videtur posse aoristari. primo, quia aut particula negatiua addita verbo tollit ab illo compositionem ponēs oppositam diuisionem, aut negationem, aut nullam ab eo aufert affirmationē siue compositionem, si nullatenus compositionem aut affirmationem tollit. hæc enuntiatio hypocentaurus non currit, erit affirmatiua, igitur valet. hypocentaurus est ex affirmatiua de tertio adiacente & non termino distrahente, aut diminuente ad affirmatiuam de scđo. Secundo, illa non differunt quæ non variant enuntiationem quantum ad veritatem & falsitatem, mō in nullo differt apud hos dicere hypocentaurus non currit negatiue, & aoristice tenendo particulam non quoad veritatem & falsitatem, igitur non differunt. Vltimo est auctoritas Boetij hic expressa, & expositoris ēt in scđo huius, qui volunt verbum infinitum positum in orone nō differre à verbo ipso pure negato. Propter hæc animaduertendum est ꝙ verbum siue adiectiuū, siue substantiuum duo importare videtur. vnum quatenus verbum est compositionem prædicati cum subiecto, qua quidem ratione est syncathegorema siue signum prædicatorū, vt signa ipsa distributiua sunt syncathegoremata subiectorū vt dixit Porphyrius. Aliud vero non quatenus verbum, sed quatenus descendit e nomine, importat idem illud quod nomen, vt laborat idē principaliter quod labor, e quo deriuatum est laborat ipsum est idem qđ esse siue existens, & in cęteris id genus.

Solutio ppria.

Tunc dico duo ad dubitationem. Primum est, ꝙ sumēdo verbum quatenus verbū, hoc est vt importat cōpositionem, & vt est syncathegorema prædicatorum, ipsum non pōt aoristari aoristatione alia à negatione ipsa, vt rationes nostræ cogunt, & auctoritates tactæ. Secūdum est, ꝙ verbum ipsum quo ad significatū, in quo cum noīe verbali ipso conuenit, & per quod e noīe descendit, aoristari pōt aoristatione videlicet transeunte in prædicatum, vt hypocentaurus non laborat, sensus est hypocentaurus est non existens laborans. remanet .n. est ipm syncathegorice sumptum pure affirmatum. totum illud quod habebat cathegorice, remanet aoristatum. Hæc est sententia Auerrois plane in paraphrase huius partis, & in scđo huius. Inquit. n. hic, & verbum infinitum est quod significat illud quod significat nomen infinitum, & tps illius intentionis, & illud est priuatio, quam significat nomen infinitum, scilicet priuatio, quæ definita est in lib. pręadicamentorū, sicut sermo noster non sanatur, ipse nanq; significat illud quod significat sermo noster nō sanitas, & tps illius intentionis, idest illius priuationis. Hæc eadem in scđo huius ad verbum ēt ait Auerrois, & sic verbū quatenus verbū aoristari non pōt, sed quatenus cum nomine ipso cōuenit. Per hęc ad oīa argumenta patet solutio, nam bene concludunt posse verbum aoristari & remanere in oratione aoristum, non tn̄ quatenus verbum & syncathegorema, sed quatenus cathegorema, & quo cum noīe conuenit, vt videlicet particula ipsa negatiua aoristat prædicatum pro tempore importato per verbum, vt in hac enuntiatione, Scylla non currit aoristice tenendo particulā non sensus est, Scyllæ non cursus pro nunc inest, aut Scylla

Primum.

Secundum.

Confirmatio Auer.

Verbum non nisi cum nomine conueniens infinitari potest.

aut Scylla est non existens nunc currens: vbi verbum est in enuntiatione illa erit purũ syncathegorema prædicati aoristice tenti nihil aliud penitus importans nisi compositionem extremorum.

Verbi casus, siue alia à præsenti non sunt verba.

Similiter autem ualuit, atq; ualebit non uerbum, sed uerbi casus sunt. Differunt uero à uerbo, quoniam hoc quidem præsens consignificat tempus, illa uero circumcirca.

Cõm 16. Secundum Ammonij interpretationem Arist. excludit à diffinitione verbi casus verbi, vt præteritum & futurum. Vult enim casus hosce non esse verba, sed verbi inflexiones: quæq; hoc modo differunt à verbo, quatenus verbum ipsum præsens tps consignificat, illa vero consignificãt circumcirca, vt præteritum, quod est ante præsens, futurum quod est post præsens. Verba græca. Quantum vero ad verba græca attinet Arist. adiecit tps cum dixit præsens tempus. Nam vt Ammonius inquit, præsens dicitur de momento, quod græce est nyn, latine nunc, & q̃m in ipso nunc non põt esse actio & passio, quæ propria sunt verbo, ad excludendũ ipsum nunc adiecit tps.

Perix circũcirca. Amplius verbum illud circumcirca græce est perix, quod Boetius transtulit quod complectitur, sed rationabiliter circumcirca dicuntur, quia præteritum & futurum circuunt præsens, q̃m præteritum est, quod fuit præsens, futurũ vero quod erit præsens. hinc fit quod solum præsens dicatur absolute tempus, cũ reliqua non nisi ratione habita ad ipsum dicantur. Et q̃m de ratione verbi est agere aut pati, actio vero & passio nõ sunt nisi in tempore præsenti, in alijs vero ꝭm quid, quia videlicet fuerunt aut erunt, iure principaliter verbum præsens verbum dictum est, alia vero per inflexionem casus verbi. Ex his colligit Ammonius completam diffinitionem verbi, & res patet. Intentio Auer. Animaduerte ꝙ de intentione Auerrois in hac paraphraxe solitus dicere hanc esse scd̃am verbi diuisionem, ꝙ verborum quędã sunt recta, quædam obliqua, & vtraq; sunt verba, verbũ rectum principaliter, & per quandã excellentiam dicitur verbum, reliqua dicuntur verba inflexa siue obliqua, nec valet, sunt verba obliqua, igitur verba.

Dubitationes. Circa hunc locũ consueui quærere an diuisiones hæ ipsius verbi sint generis in species. Secundo vtrũ obliqua sint principalius verba, quam recta.

Ad primam nonnulli voluere diuisiones illas verbis esse analogi in analogata. Est enim verbum analogum quoddam ad recta obliquaq; & ad finita atq; infinita. Confutatio. Nam verbum principaliter de recto, & finito dicitur, per attributionem vero ad hæc dicitur de alijs, sed hoc stare non põt, quia, vt ait Alex. Aphrodisius, ipsum analogum per species debet describi: modo verbum non Positio Auer. per illa Arist. descripsit. Auerrois aũt videtur velle has diuisiones esse generis in spẽs. Sed nec hæc mihi placet, quia oĩs differentia specifica est per formas, modo finitudo infinitudo, rectitudo atq; inflexio sunt acci- Põ propria dentia verbo. Propter hęc mihi videtur ꝙ diuisiones hæ sint subiecti in accidentia, verũ põt diuidi subiectũ in accidentia dupliciter. Vno modo seruata idẽtitate illius, ut Socratis diuisio erit, quia nunc dormit, nunc disputat, nũc legit & id genus. Et hac diuidendi rõne verbum ipsum est diuisum in rectum & obliquum, nam vt tps est idem numero differens accidente à præterito & futuro, ita verbum est vnum numero quod est præsens preteritum & futurum. Alio mõ non seruatur subiecti identitas, vt q̃n diuiditur aĩal per nigrum vt coruus, & per album vt cygnus, & id genus, & hac diuidendi forma, verbum ipsum sectum est per finitum & infinitũ. non. n. idem numero põt esse vtrunq;. Tu vero super Solutio. hæc cõsidera. Ad scd̃am dicere soliti sumus, verba obliqua esse ignobiliora: q̃m cadunt nec sunt talia, nisi quatenus circuunt pñs. Sed dices obliqua complectuntur pñs per Boetium qui sic transtulit: & addũt aliquid: igitur sunt præstantiora. Dici põt verbum (vt dicit Arist.) principaliter intelligi de pñte. Tunc ad argumentum dico ꝙ includunt illud ꝭm quid & respectiue, non autem simpliciter vt verba ipsa recta.

Verba per se prolata idest non in propositione sunt nomina inquantum significant.

Ipsa igitur uerba per se quidem dicta & nomina sunt & aliquid significant: nam proferens illa cogitationem sistit, audiens quoq; quiescit. Sed si est aut non est nondum significat: quando non sit signum rei esse, aut non esse: neq; si ipsum esse seiunctum dices: nam ipsum quidem nihil est, sed consignificat quandam compositionem, quæ sine compositis intelligi nequit.

Ammonius exponit Arist. velle declarare, quonã mõ Cõm. 17. verba ipsa se habeant ad significandum verum vel falsum. Si dices contra eum Aristo. rem hanc attigisse in prohemio huius libri, igitur non erat repetendũ. Rñdet Aristo. hoc egisse generatim de oibus simplicibus, nunc speciatim de verbis ipsis rem amplectitur. Amplius tunc rem hanc raptim tetigit, nunc longa orõne pficiet. Huius forte expositionis cã est, quia verba ipsa videntur maxime conuenire cum orõne, & sic videntur significare verum vel falsum. Hæc expositio non placet, quia res hęc patebit in definitione orõnis & enũtiationis, igitur non est totiens repetendum. Amplius Secunda expo. hæc expositio litteræ non consonat vt videtur. Propterea expositor vult cum Boetio Arist. tradere hic verbi cum noĩe ipso conuenientiam & drĩam. Nec hæc expositio placet, q̃n per definitiones eorum res hæc pateat satis. Propterea videtur mihi ꝙ littera sit illatiua, & sic videtur ex dictis concludere duo & ꝙ verba ꝭm se, & per se dicta sint nomina, & quod significat aliquid.

Dubitatio. Sed ambiges. nullum disperatum prædicatur de disperato, nec per se nec cum alio, sed verbũ & nomen sunt disperata, igitur non prædicatur nomẽ de verbo. Re- Responsio. spondent Thomas & Ammonius nomen hic accipi vt cõiter significat quamlibet dictionem impositam ad significãdum aliquam rem, & cum ipsum agere vel pati est aliqua res, igitur verbum vt sic dicitur nomen. Sed hæc responsio mihi non placet pace eorum dixerim, primo, quia tunc aliter acciperetur nomen hic & aliter dũ ipsum definierat, & sic in tam breuibus ęquiuocatione vsus esset. Secundo, si nomẽ hic acciperetur pro dictione significante rem, tũc verba tam per se quam cũ alio sumpta essent noĩa q̃n vtroq; mõ rẽ significent. Boetius, cui Auer. consentire videtur, vult verba ꝭm se sumpta dici noĩa ꝭm similitudinem, sed q̃n accipiuntur cũ extremis, tunc nominibus non assimilantur. Hæc expositio non placet, q̃m dictum Arist. est absolutum & non similitudinarium. Animaduertendum igitur ꝙ Propria expositio. Arist. loquitur de verbis vt deriuantur à nominibus: & tunc vult, ꝙ verbum & nomen sibi correspõdens sint idem quo ad significatum per se & principale, vt valet idem quod valitudo, currit idem quod cursus. Cursus enim & currit idem principaliter significant, vt album & albedo, sed differunt quantum ad consignificatum, nam verbum cum ponitur inter extrema vltra principale significatum consignificat compositionem quandam: quæ sine extremis intelligi nequit: nomen vero illi

illi correspondens significante tantum rem absque il lo. Ideo inquit. Ipsa igitur verba per se quidem dicta atque prolata & non inter extrema constituta & nomina sunt, & significant aliquid. Hæc res sequitur ex definitionibus nominis & verbi, vt patet. Quantũ ad verba græca attinet dixit per se dicta, hoc est nõ inter extrema constituta, quia verbum habet significatũ principale, & hoc habet vt per se dictum, & vt sic nomen est, habet consignificatum, quatenus inter extrema ponitur. Ideo ait per se dicta, cum enim per se dicitũ aut profertur, cadit à consignificato, quod sibi compe tit, per hoc quod stat inter extrema. Igitur sibi tm̃ remanet principale significatum: & cum illudmet sit ipsius nominis, verba igitur per se dicta erunt noĩa. Et hanc expositionẽ pauci, immo nullus ante me percepit. adiecit aũt & noĩa sunt & significant aliquid, nam omnis di ctio ẽt non significatiua dici põt nomen communissime acceptum. Ad denotandum ꝙ vult intelligere de nomine proprie dicto adiecit & sunt nomina, & significant aliquid. Et ita verbum illud græce &, non expo sitiue tenetur, vt Ammonius credit. Hanc conclusionem syllogizat Arist. sistens cogitationem & quietans audientem, est nomen & significat aliquid, verbum per se dictum sistit cogitationem & quietat audientem: Igi tur nomen & per se aliquid significat. tangit minorem & inquit, nam proferens illa sic seorsum dicta cogitationem sistit, audiens quoq; eadem illi proferenti acquiescit. Quantum vero ad verba græca attinet verbum illud græcum legon transtuli proferens, quia dice re sumit pro proferre. Estq; ẽt sermo suus clarior, propterea suppleui illud verbum illa, quia de verbis loquitur. Verbum sistesi transtuli sistit, & non constituit, qm̃ constituere conuenit partibus respectu alicuius to tius. Lateres. n. constituunt domum, mõ nec verba sic dicta sunt partes, nec cogitatio totũ. Verbum Dianoeam cogitationem transtuli, & non intellectum, nam intellectus est solum intelligibiliũ, dianoea ẽt sensibilium, est. n. dianoea intellectus cum imaginatione con iunctus, vt dicit Themistius in libro de memoria & re miniscentia. Sed contra hæc obijciet iunior, quia si proferens verba ẽm se dicta sistit dianoeam, tunc verba significarent esse vel non esse, hoc est affirmationẽ vel negationem. Respondet Arist. ꝙ ille qui dicit verbum sistit intellectum quo ad operationẽ, quę est simplicium intelligentia. hac. n. rõne quiescit audiens, non aũt sistit ad dianoeam siue cogitationẽ quo ad scd̃am, quæ est esse vel nõ esse intelligere. Inquit. Sed si est aut non est subaudi tu proferens verba per se, nondum significat, & per consequens sistit intellectũ quo ad primam operationem, & non quo ad scd̃am, quæ est intel ligere esse vel non esse. Quod aũt Arist. hic soluat tacitam hanc dubitationem particula illa aduersatiua. {Sed} denotat, quæ est obiectioni aduersans. Responsionem hanc probat & inquit, qm̃ subaudi tu prolatũ illud sic per se non est signum rei esse, vel non esse, hoc est non significat rẽ esse vel non esse, sed rem tm̃ {neq; si.} Hæc pars multipliciter exponitur. Ammonius exponit ꝙ vtatur rõne à maiori, qm̃ si aliquod verbũ significet verum vel falsum esset ipsum verbum esse, sed hoc non est, qñ seiunctum dictum nihil sit, sed solum cum inter extrema collocatur: vbi tunc consignificat compositionem quandam, quę sine compositis intelligi nequit. Sed quia in græco scribitur on: quod latine sonat ens, Ideo Alex. aliterr exponit; ens nihil significat. Igitur nec ipsum verbum est quod ab eo deriuatur. antecedens probat per hoc, quia est ęquiuocum decem prædicamentis. Refutat hãc expositionem Thomas, tum primo, quia ens non æquiuocum est, sed analogũ cum prædicetur ẽm prius & posterius. tum ẽt quia dictio æquiuoca non nihil significat, sed multa, & qñq; hoc & qñq; illud. Tum ẽt quia hæc expositio non multum facit ad intentionem pñtem. Tertia exponitur vt Arist. arguat de omni verbo, nam omne verbum inclu dit esse, vt currere cursum esse & id genus. Sed ipsum esse pure dictum nihil est, igitur omne verbum pure dictum nihil erit. Sed hæc expositio quam approbat expositor mihi non placet, tunc enim cõcluderem ꝙ alia verba nihil essent, nam omnia illa concludunt ipsum esse quod nihil est. Tum secundo quod Aristo. exiuit ab illo proposito & ad aliud ſe trãstulit, cui hæc expõ non cõsonat. Propterea Ammonius exponit ipsum verbum esse nihil esse, quia non significat verum vel falsum. Sed consignificat quandam compositionem: quæ sine extremis intelligi nequit. Obijcit huic Thomas ꝙ hoc est cõe oĩbus noĩbus & verbis. Igitur non vadit ad intentionẽ Arist. qui assumpsit ipsum esse quasi quoddam speciale. Hoc nihil est contra Ammo nium, quia licet Aris. speciatim accepit ipsum esse. Illud generatim includitur in oĩbus, iõ põt ampliari ad omnia: nec rões contra Alex. valent. Prima non, quia ens esse analogum sumpsit, sed non probat. Secunda minime valet, hoc significat multa. igitur significat aliqd, sed bene aliqua: vñ hæc stant simul, ens significat multa, & ens nihil significat. Sed vtcunq; sit expositiones hæ expositoris sunt ambiguæ, & per illas difficile est intelligere quid Arist. velit. Ideo aĩr & Porphyrio consentaneæ expono, dixerat. n. Arist. verum sistere cogita tionem quo ad primam operationẽ intellectus, nõ aũt quo ad scd̃am, qm̃ nullum verbum significat rem esse vel non esse, quod est in operatione scd̃a intellectus.

Contra obijcies. nam ipsum verbum esse, videtur significare rem esse vel non esse. Igitur rñsio illa falsa videtur. igitur mihi videtur ꝙ Arist. respõdeat huic obie ctioni. Vbi diligenter animaduertendum ꝙ ipsum ver bum sum es est: põt capi pure atq; nude penitus ab oĩ significatione, & sic dicitur syncathegorema à logicis, quia vt oĩs nullus & id genus nihil significant, sed sunt syncathegoremata, & termini habentes officium, sic verbum sum es est, cum pure accipitur, vt ẽt non coinci dit cum suo participio, est terminus hñs offm̃ atq; syncathegorema, ideo inquit, neq; si ipsum esse seiunctum dices & à noĩe & à participio subaudi significat esse vel non esse, nam ipsum quidem vt sic nihil est significatiue, sed consignificatiue, ideo subdit: sed consignificat quandam compositionem: quæ sine extremis compositis intelligi nequit. Igitur est syncathegorema & non terminus per se significatiuus. Ex hoc soluitur dubitatio & colligitur ꝙ verbum adiectiuum differt à noĩe penes consignificatum, & non penes significatum. Cũ enim oẽ verbum adiectiuum includat esse, ideo includit consignificando compositionem illam. Ex his col ligitur ꝙ verba ipsa ẽm se dicta noĩa sunt, quia nihil significant præter nomina, è quibus deriuantur: vt vero inter extrema collocantur consignificant ipsum esse, & ita compositionem extremorum, & sic non sunt nomina, quo modo exponendo non accidunt tot confusiones. Et hæc expositio fortasse est Porphyrij: & si non sua est nostra. Quo vero ad græca verba attinet ipsum on,

Obiectio.

Verbũ firmat intellectũ quo ad primã eius operationem.

Secunda expõ. Alex.

Confutatio per Thomam.

Tertia expõ Thomæ.

Expõ Ammo.

Obiectio Thomæ.

Propria expõ.

ꝯn,pro esse accepit, nõ vt Alex.exponit pro participio: quia sic esset terminus per se significatiuus, vt iste terminus existens, quod est contra intentionem litteræ, adiecit ipsum nihil esse cathegorematice, quia nihil per se significati,cum sit terminus habens officium, iõ subdit,sed consignificat, tanquam syncathegorema,& terminus habẽs officium. Hæc est expositio clara vt mihi videtur,& satis ad mentem Arist.Et de verbo satis.

De oratione Cap. IIII.

ORatio uero est uox significatiua, cuius partium aliqua separata significatiua est, ut dictio: sed non ut affirmatio, ueluti homo significat quidem aliquid, non autem quoniam sit, aut non sit: sed erit affirmatio aut negatio si quicquam sibi addideris. una uero hominis syllaba nullatenus significat. non enim in hac dictione sorex, rex significat, sed tantum nunc uox est:in compositis uero significat aliquid, sed ut diximus non pro se.

Cõm.18. Illud(vt diximus)quod principalr̃ hic perquiritur, est enuntiatio: huius partes & materia nomen, videlicet. & verbum declaratæ sunt. pars vero vt forma, quæ est orõ,nunc declaratur.cur vero(vt Ammonius dubitat) non eo ordine rem assecutus est quo in prohemio pollicebatur,dictum est. Animaduertendum igitur,ꝙ nomini & verbo & orõni cõia sunt vox, significare, & nõ per naturam,sed ad placitum, vtrum vero cæteræ particulæ,vt sine tp̃e,vel cum tp̃e, an recte & determinate siue aoristice, iã ex dictis patet: differt aũt orõ ab vtroque: qm̃ illius pars significatiua est vt dictio, nois vero & verbi non nisi per accñs (vt diximus) in definitione præterijt an à natura sit orõ ipsa significatiua, an ad placitum,quia de hoc erit postea disputatio. Apponit aũt illa duo vt ꝙ sit vox & significatiua, vt babeat genus proximum.adiecit cuius pars significat vt dictio,& nõ vt affirmatio vt habeat differentiam: qua differt è nomine & verbo.

Nota.

Prima dubõ. An oratio sit vox. Responsio sorticularum.

Sed ad intell'm huius definitionis dubitemus de singulis.Et primo,vtrum orõ sit vox:& videtur ꝙ nõ:orõ non est una uox:igitur non est uox.Antecedens arguitur:oratio est multæ uoces, multæ uoces non sunt una uox: igitur oratio non est una uox. Rñdent sorticulæ concedẽdo ꝙ oratio est multæ uoces,& ulterius ꝙ plures siue multæ uoces sunt uox siue una sola uox,quemadmodum plures hoïes sunt unus solus hõ, & ꝙ ita sit probant:quoniam hæc uox est una sola uox,& illa uox est una sola uox. Igitur hæc uox, & illa uox sunt una sola uox. Sed hæc uox & illa uox sunt plures uoces. Igitur plures uoces sunt una sola uox: & sic concedũt plures uoces esse unam solam uocem diuisiue, ut dictum est. Sed dices contra hos,quia si plures uoces sunt una sola uox, igitur per cõuersionem in parte una sola uox esset plures uoces. Amplius plures uoces non sunt hæc una sola uox,nec illa una sola uox,igitur nulla una sola vox: & per consequens plures voces non sunt vna sola vox.

Defensio. Respondẽt sorticolæ & defendunt partem suam ꝙ prædicatum illius propositionis, plures voces sunt vna sola vox, confunditur propter vim copulationis, quæ includitur in verbo illo plures. Resoluitur.n.plures sic, & illa & illa vt diximus. mõ nota copulationis habet vim confundendi,& ita negãt conuersionẽ, quia variatur suppositio. In prima illa particula vox supponit confuse, in secunda determinate. Et si dicatur quomodo conuertitur,quære ipsos,quia est extra propositum. Ad scd'am dicunt, ꝙ plures voces nulla vna sola vox sunt, qm̃ nec illa nec hæc. cum quo tñ stat ꝙ plures voces sint vna sola vox, qm̃ in hac, iste terminus vox stat confuse tm̃,in illa determinate aut discrete: ꝑp quod hæ non contradicunt plures voces sunt vna sola vox,& plures voces nulla vna sola vox sunt,cum termini non eodem modo supponant. Quanquam hæc sint acute dicta, & non possunt improbari, scias nõ esse peripatetice dicta, nec necessaria, nec in talibus captiunculis debemus detineri. Multi.n. vt logicam seruẽt ad vnguem amittunt philosophiam, & mora in his impedit hominem scire veritatem. Peripatetici igitur dicerent ꝙ oratio est vna vox vnitate verbi, & sic põt dici plures voces simplices,vna vero cõposita ex illis propter vnitatem verbi. Aliqui dubitant secundo cur dixit in neutro genere, cuius partium aliquid significant separatim, & non dixit cuius pars aliqua significat separata. Hæc dubitatio procedit ex ignorantia græcorũ verborum.In græca.n.lingua pars,quæ græce meros dicitur,neutri est generis,ideo ad nos debet venire, cuius partium aliqua separata significat: & ita põderatio expositoris friuola est, vt multæ aliæ. Tertio dubitat Aspasius contra illam particulam vt dictio, qm̃ alicui competit definitum, cui non competit definitio. Nã hypothetica est oratio, & tñ partes eius significant, vt orationes. Rñdet Porphyrius hic esse diffinitam solã orationem simplicem, eo quia prior in omnibus reperitur:cui responsioni etiam Aspasium consentire ferũt.

Secunda dubi. Contra Tho.

Tertia dubi.

Objicit huic(vt mihi videtur) Boetius: qm̃ definitum nõ debet esse in plusquam definitio. Igitur cum oratio sit communis simplici & compositæ:definitio etiam dicit esse communis. Sed hæc rõ non cogit: dicerent.n. ꝙ licet oratio quatenus oratio sit cõis simplici & compositæ, tñ quatenus hic describitur non conuenit nisi simplici per se, quia cõtracte & nõ cõiter hic describit̃.

Melius igit̃ contradico eis: quia Arist.postea diuidet orõnem in enuntiatiuã, & nõ enuntiatiuã,& enuntiatiuam rursus diuidet per simplicem & cõpositam: & nullibi iam ipsam compositam definit alia definitione, igitur vult eam esse hic definitam. Secundo orõ competit vniuocæ,simplici,& cõpositæ: igitur debet dari vna definitio communis vniuoca, & nullibi dedit illam:igitur esset mancus. Alex. vero & Ammonius respondẽt ꝙ hæc definitio est cõis omnibus vt ipsum definitum: nam ẽt oratio composita habet partes quæ significant, vt dictio. Huic opponunt alij vt Philoponus & Syrianus,quia Arist.ait vt dictio:& non vt affirmatio.mõ orõ composita habet partes quæ significant ut affirmatio:& ita male adiecisset,& non ut affirmatio. Alij soluunt ꝙ dictum philosophi debet intelligi supplendo sic, ut dictio necessario, & nõ necessario ut affirmatio, & sic competit omnibus. Ego aũt dico pace tãtorum dixerim ꝙ Arist.dixit ut dictio: qm̃ licet partes orationis compositæ sint orationes, tñ non ut orationes, sed ut dictiones significant separatæ: & hoc satis. Dubitãt quarto, cur adiecit ut dictio & non ut affirmatio, satis enim fuisset dicere ut dictio, nunquam enim dictio est affirmatio. Respondent quidam:quia Arist.solitus est nonnunquam dictionem pro affirmatione accipere: ne igitur usus impediat,suppleuit & non ut affirmatio: & signanter ait,& non ut affirmatio, quia negatio addit ad affirmationem, propterea si non ut affirmatio satis habetur etiam ꝙ nec ut negatio. Hæc responsio sic dicta,si est alicuius expositoris græci,taceo, qm̃ ipsi verba

Responsio.

Responsio propria.

Quarta dubõ.

verba Arist. melius intelligūt, & verecundū est pugnare contra græcos de verbis græcis. Hoc tñ non tacebo: ꝙ vbiq; Arist. dū dictionē vocat. græce eā phasim vocat: affirmationē vero cataphasim. Sin aliter nō me mini me legisse, nō tñ nego cataphasim cōponi ex cata & phasis. Ideo dico ꝙ suppleuit nō vt affirmatio, ad denotandū partes orōnis vt dixi posse significare vt affirmatio: sed Arist. vult nō sic intelligere: sed quatenus habent vim dictionis. Hoc.n. suppleuit propter orationes cōpositas: cuius partes sunt affirmationes: sed nō vt affirmationes: sed vt dictiones significant. Vltimo quærit Philoponus: vtrū hæc definitio cōpetat solum orationi perfectæ? Rñdit ꝙ soli perfectæ hæc cōpetit: qm̄ partes non dicuntur nisi in relatione ad totū: totum aūt & perfectū idē: & cū oratio hic definiatur in relatione ad partes, videt̄ rationabiliter hic definiri vt perfecta. Sed contra obijcit Boetius primo: quia omne cōpositū habet partes, cum aūt tam perfecta ꝗ imperfecta habeat partes: rationabiliter quælibet erit totū & perfectū. Secundo tunc partes orationis & cuiusq; compositi nō essent partes nisi in fine cōpositionis: quia tunc solum compositum dicitur esse cōpositū. Mihi videt̄ ꝙ rationes hæ non militent: quia nō dicit̄ aliquid cōpositum, nisi propter formā & materiā, cū orationi imperfectæ desit aut forma aut materia, aliter esset ꝑfecta, rationabiliter nō dicit̄ compositū nec totum: Tunc ad rationes dico: ꝙ oratio imperfecta nō est totum, qm̄ vel caret verbo simpliciter vel verbo principali: & ꝑ consequens caret forma: & sic nec est cōpositum nec totū, sed quædā vocū multitudo. Ad secundū dico ꝙ partes nō sunt partes nisi postꝗ̄ est ipsum totū. ante enim dicunt̄ partes in potētia: nisi igitur intellectus actu cōponat subiectū & prædicatū cū verbo. nō erit actu totū: & sic nec actu partes, & sic cōcedo id ad quod deducit. Melius igit̄ cōtra illos potest obijci, qm̄ statim orationē hic definitam subdiuidit per ꝑfectam & imperfectā: quā rem incōgrue egisset, nisi vtriq; hāc definitionē esse cōem voluisset. Colligeigitur definitionē. oratio vero est vox significatiua, cuius partiū aliqua significatiua est separata: vt dictio, & non vt affirmatio: hoc est significatione simplici, non cōposita, aut diuisiua. Qm̄ aūt aliquid significare vt pars pōt esse dupliciter: aut pars cōposita, vt in hypothetica: aut vt syllaba, vt in voce composita, ideo duo facit, Primo declarat ꝙ pars orōnis significat nō vt pars cōposita, videlicet, nō vt affirmatio vel negatio. Secundo ꝙ nec vt syllaba. De primo inquit veluti homo significat quidē aliquid, nō aūt significat ꝙ est aut nō est, sed erit affirmatio aut negatio si sibi quicꝗ̄ addideris, hoc est verbū solū. Et sic per exēplū patet prima pars. Deinde declarat secundā, & inquit. vna vero hoīs syllaba nullatenus significat: quod probat ꝑ exemplū & locū à maiori: & inquit. Nō.n. in hac dictione sorex, rex significat, sed tm̄ vox est sola, nō habens vim significandi. Cōtra, tu dices: quia in cōpositis vt in hircoceruū significat pars. Rñdet in cōpositis noībus significat aliquid ipsa pars seorsum, sed (vt diximus) non pro se ad intellectū totius, cuius erat pars. Sic igit̄ patet ꝙ pars orationis nec significat vt pars cōposita, nec vt syllaba igitur significat vt dictio. Oratio igitur est vox significatiua: cuius partiū propinquarū aliqua est significatiua separata per se quidem vt dictio, non autem semper vt affirmatio vel negatio.

Rñsio ꝓpria. *Definitio orationis absoluta*

Est autem oratio omnis significatiua quidem, non tamen ut instrumentum, sed quemadmodum dictum est secundum institutionem.

Oratio nō est à natura ex institutione.

Syllogizabat Plato in eo libro, qui Cratilus inscribitur, orōnē esse natura, & nō institutione sic. orō est instrumentū virtutis interꝑtatiuæ naturaliter nobis inexistētis. Per ipsam.n. significamus aīæ affectiones, ceu per instrumētum. omne aūt instrumētū virtutis naturalis est natura: veluti virtutis visiuæ oculi, auditiuæ aures: & id genus. igit̄ orō natura, sed nō institutione est. hic erat Platonis syllogismus. Huic rñdet Aris. & consentit maiori. negat tñ minorē. nam virtutis interpretatiuę primū instrumentū & propriū est pulmo, guttur, dentes, lingua, & id genus: quæ naturalia sunt. orō vero est effectus illius virtutis mediātibus illis instrumētis & ita minor falsa est. Inquit. Est aūt orō oīs significatiua quidē, non tamen vt instrumentū, sed (quēadmodū dictū est) ꝯm institutionē, & ita Platonis minor falsa est.

Cōm. 19. *Platonis ratio.* *Ari. expō.*

Quantum vero ad verba græca attinet organon, vult Boetius esse positū pro natura: quia (vt dictū est) Plato omnium artiū instrumēta ꝯm naturam ipsarū artiū cōsistere ponebat: & ita erit sensus ꝙ orō significat nō vt instrumentum, hoc est natura, sed (vt dictū est in capitulo de noīe) ꝯm synthecen, hoc est ꝯm institutionē, siue placitū, siue fœdus, siue pactū. Melius aūt Aristoteles organon nō pro natura posuit, sed pro instrumento: quia per hoc (vt Ammonius & Alex. aiunt) Aristoteles minorem Platonis negare intendit. Sed adhuc solutio Aristotelis non videtur tuta. Platonici.n. quidam Hermippus & Numenius obijciūt. nā idem videtur de effectu. Oratio.n. effectus est virtutis naturalis per instrumenta naturalia, & oīs effectus virtutis naturalis ꝑ instrumenta naturalia est natura, non institutione. igit̄ oratio ipsa natura erit. Secundo, orō est instrumentū intellectus, qui est virtus naturalis. nam intellectus oratione significat, syllogismo, qui orō est, ratiocinatur: definitione, quę rursus oratio est, definit. Sed vt supra. omne virtutis naturalis instrumentū est natura. igitur orō natura erit, non aūt institutione. Ad hæc Ammonius solutionē innuit ꝙ quēadmodū in tripudio motus ipse à natura est, modificatio illius (vt ita dicā) ab institutione & artificio, ita in oratione voces siue soni natura sunt, modificationes vero institutione: & ita quatenus voces siue soni orōnes natura sunt, quatenus tales voces institutione formant̄. Tunc ad rationē primam maior falsa est. potest enim aliquis esse effectus virtutis naturalis per instrumenta naturalia vt tripudiū & esse institutionē. Ad secundū ait Ammonius ꝙ intellectus non est natura: quoniā nullius corporis actus est: sed quasi supra naturā: & sic nihil prohibet virtutis supra naturam esse effectū institutione. Sed hæc responsio stare non pōt: quia saltem intellectus est virtus naturalis: distinguendo naturale contra artē. Igitur effectus suus debet esse naturalis: vt distinguitur cōtra artē. Propterea dicēdum ꝙ artificialiū principiū immediatū est voluntas. Hæc enim est immediata causa institutionum, & propterea ꝗꝗ̄ concurrant intellectus & naturalia instrumenta virtutis interpretatiuæ, quia tamen oīa subiacent volūtati, ideo institutione sunt & non natura. & hoc nesciuit explicare Ammonius, licet forte hoc voluerit balbutiri. Alexander aphrodisius enititur probare orationem esse institutione: quia cuius quælibet pars est institutione, totum institutione est, sed orationis partes vt nomē & verbū institutione sunt:

Solutio ꝓpria. *Rō Alex.*

Confutatio. sunt: igit tota oratio. Hæc ratio pace sua petere videtur, quia Plato & Socra. in lib. Cratili. voluere etiã nomina & verba naturaliter significare. Amplius similis quæstio est de noïe & verbo: qñ ipsa sint effectus virtu *Rõ melior.* tis naturalis p instrumẽta naturalia. Ideo melius à signo idẽ probari põt: quæ apud diuersos sunt diuersa institutione esse videnť. id. n. quod naturale est semper est vniforme, sed orones apud diuersas linguas diuersæ spectantur, q̃q̃ idẽ significent, igitur nõ natura, sed institutione sunt: & hæc est sua melior ratio. Sed circa *Dubitationes recentiorum.* hæc recentiores ambigunt, vtrũ nomẽ, quod significat aliquid, si imponatur de nouo ad significandum aliud, remaneat idem nomẽ, verbi causa, istud nomen homo significat Socratem & Platonem, vtrũ si ponatur ad significandum idem quod equus remaneat idẽ nomen. Secunda dubitatio, vtrum oratio, quæ de nouo imponitur ad significãdũ aliud q̃ primo significabat, vt hæc oratio, homo est animal: dato ꝙ significet deum esse, teneat vicem orationis vel dictionis. Ad primã rñdent nonnulli recentiorum ꝙ nomen impositum de nouo aliter ad significandum q̃ significabat non est idem nomen, hoc probãt exẽplo: quia sicut ex variatione formæ artificialis resultat alia atq; alia res artificialis, ita ex variatione significationũ resultabũt *Cõfutatio.* alia atq; alia nomina. Sed hæc positio stare nõ põt. primo: quia ad variationem eius quod de foris & per accidens accedit nihil debet variari: sed nomen & verbum significant ex volũtate, ita ꝙ significatio deforis accidit nomini & verbo, igitur nomen per illius variationem non variabitur. Amplius si ad variationẽ significationũ varientur nomina, ad conuenientiã erũt eadẽ. Igitur homo & Anthropus erunt vnum nomen: *Solutio propria.* quod nemo dixit. Ideo dicendũ, ꝙ nullatenus variatur nomen: licet varietur significatio cũ illa sit accidẽs ipsi nomini. Põt tamen dici variatum extrinsece, quẽadmodum colũna fit dextra vel sinistra ipso animali variato. nec valet: significatio formalis variatur, igiť nomen, quia illa est sibi extrinseca, sicut colũnæ dextreitas. Ad rationẽ dico ꝙ variata forma artificialis intrinsece variatur res artificialis: modo non sic est in nominibus. Ad secundam rñdent ijdem ꝙ oratio de nouo imposita, significandum nouũ cõplexũ, vim habet dictionis. Hoc absolute dictum est falsum, quia volo ꝙ homo significet mihi equũ bos animal, & facio hãc propositionẽ: homo est bos: patet ꝙ quælibet dictio & pars significat vt dictio, igiť tota non significat vt dictio. Amplius hæc oratio de nouo sic significans est oratio: igitur partes eius significãt vt dictiones per diffinitionem datam. Propterea dico ꝙ oratio põt im- *Solutio.* poni ad significandum aliquod cõplexum de nouo dupliciter. Vno modo ponẽdo ꝙ partes significent, ex quarum significatione resultet significatio totius, & hoc modo significat vt oratio, vt argumenta cogunt. alio modo ponendo ꝙ oratio significet, primo illud cõplexum de nouo nihil de partibus afferẽdo, hoc est non p hoc ꝙ significatio eius resultet ex significatione noua partiũ. Et hoc modo bene dicunt ꝙ significat vt dictio, quoniam sua significatio non resultat ex significatione partium: quo in casu non erit oratio, licet partes sint noĩa: nec propsitio, licet significet cõplexũ, sed dictio erit tm̃. de hac re supra disputatum est.

Ex orationibus quæ sit enunciatio. ***Enuntiatiua uero non omnis, sed illa, in qua uerum aut falsum est, non aũt in omnibus est: ueluti deprecatiua oratio quidem est, sed neq; uera neq; falsa: cætere quidẽ igitur relinquantur, nam ad Oratoriã, aut poesim illarum magis cõsideratio attinet: enuntiatiua uero præsentis cõtemplationis est.***

Diuisio enũtiationis, vt Boetius est auctor, hac ra- *Cõm. 20.* tione fit sumpta oratione pro genere, orõnum alia imperfecta, vt Plato in lycio: Alia vero pfecta. perfectæ vero (si liceat bimẽbrem facere.) Alia enũtiatiua, alia nõ enũtiatiua. quæq; diuisio, ideo p alterũ membrum negatiuum dať, qm̃ subdiuidentibus mẽbris genus cõe nomẽ non habet. nõ enuntiatiue vero alia est deprecatiua, vt adsit letitiæ bacchus dator. Alia imperatiua: vt accipe, daq; fidẽ. Alia interrogatiua, vt quo temeri pedes? an quo via ducit in vrbem? Alia vocatiua, vt ò qui rex hoĩumq; deũq; æternis regis imperijs. Enuntiatiua *Famosa enuntiationis diuisio.* vero est vt dies est: dies nõ est. Nõ enuntiatiuarũ vero species expositor reducit ad tres. qm̃ illæ quinque ordinatæ sunt vt vnus ex intellectu alterius dirigať: quod quidem in tribus fit modis. Primo ad attẽdendũ mente, & ad hoc oratio deseruit vocatiua. Secundo ad respondendum voce, & ad hoc facit interrogatiua. Tertio ad exequẽdum opere, quod etiã trifariã fit. aut p expressionem desiderij, & ad hoc facit optatiua, vel respectu superioris, & ad hoc facit depcatiua: aut respectu inferioris, & ad hoc facit imperatiua. Siquis aut vellet posset reducere etiã has ad bimẽbrẽ, quæ res cũ non multum cõferat, sit hoc satis. Aristo. itaq; mirabile breuitate vtens: vt Ammo. inquit. tria facit fere insimul. orationem diuidit, enunciatiuã definit: intentionẽ ad spẽm astringit. Diuidẽs orõnem ait. enuntiatiua vero non oĩs. Et sic innuit orationũ aliã esse enuntiatiuã, aliã non enuntiatiuã. Deinde innuens definitionẽ inquit. sed illa in qua verum vel falsum est. est igiť enuntiatio oratio in qua vel verum vel falsum est. Vt vero clarior esset hæc definitio subscribit differẽtiã, qua differt à cæteris. Quæ in definitione posita est, & inquit. nõ aũt in oĩbus est verũ, videlicet vel falsum. veluti deprecatiua oratio & cæteræ id genus oro quidẽ est, sed neq; vera, neq; falsa. Deinde abijciẽs à consideratione pñti orationes nõ enũtiatiuas astringit intentionẽ in spẽm. Nã hucusq; de partibus interpretationis: & de cõi ipsa oratione locutus est. Et inquit. cæteræ quidẽ igitur relinquantur. nã ad oratoriã siue rhetoricã, aut poesim siue poeticam magis illarum consideratio attinet. Enuntiatiua vero pñtis cõtemplationis est, quæ spẽs est orõnis potior: huius vero species sunt affirmatio & negatio. Hæc igitur sunt quę Aristoteles breuibus cõplexus est.

Quantum vero ad verba græca attinet verum vel fal- *Verum & falsum in rebus in intellectu & in vocibus est.* sum in enuntiatione sunt, in intellectu, atq; rebus. In rebus quidem vt in causa, qñ ab eo quod res est vel non est enuntiatio fit aut vera aut falsa. In intellectu vero, quia intellectus subiectũ oĩum verorum, & ita in intellectu sunt vti in subiecto. In enũtiatione vero ipsa sunt vt in signo, ceu sanitas in vrina. Sed supradictis emergũt dubitationes. Prima, videť ꝙ Aristo. male definierit enũtiationẽ per verũ vel falsum: qm̃ verũ vel falsum aut sunt dñæ, aut propria. siquidẽ propria nõ erit bona definitio. si dñæ, tũc cõstituũt spẽs: & ita p suas spẽs definisset. Secũda cur solũ de enuntiatione est cõsideratio. Logica. n. est scĩa cõis, igiť de oĩbus. Tertia de propositione tractať in lib. priorũ, & in lib. posteriorũ. Igiť nõ hic de enuntiatione: cũ idem sint. Ad primã rñdet Ammonius, ꝙ enũtiationẽ signãter definit p verũ vel falsum: quia sunt fines eius: & definitio dať p finẽ multotiens.

totiens. Vel dici pōt, ꝙ sunt vt propria, quæ ponuntur loco differētiæ, quæ nobis latet, etiā si sint differentiæ & constituunt spēs. genus definiri per spēs fieri potest, vt dicit Alexan. quando vel differentiæ latent: aut genus non sit penitus vniuocum. Ad secundam rn̄det Theophrastus philosophus ꝙ omnis oratio aut instituta ordinataq; est ad auscultationē auditionēq;: aut res ipsas. si ad auscultationes atq; auditiones, sic pertinet ad rhetorem atq; poetā, vt Plato oñdit in phedro. & Socrates plilebo. Si vero ad res, sic enūtiatio instituta est ad librum posteriorū & ad sc̄iam: & ita erit propria huic considerationi. Ad tertiā dici pōt, ꝙ enuntiatio differt à propositione: qm̄ propositio ordinatur ad syllogismū, & quatenus ordinat̄ ad syllogismū dicitur propositio, quæ si ordinat̄ ad demonstrationem, positio dicit̄, si ad syllogismū dialecticū, ꝓpositio dialectica. si ad syllogismū sophisticū, propositio sophistica. sed si ad syllogismum simpl'r vocat̄ propositio absolute. Enuntiatio vero dicit̄ quatenus subordinat̄ intellectui ꝑ voces exprimētis de rebus verū falsumúe. Et ita differunt quia enūtiatio est extra mentē tm̄ in voce aut scripto: ꝓpositio extra & intra mentē. Enūtiatio etiā dici pōt propositio, & cōclusio, & problema: problema in dialectico syllogismo, cōclusio in demōstratione, itēq; dici pōt quæstio: & id genus: propositio nō nisi præmissa. Hæc tñ latius explicabuntur in libro priorum & posteriorū Quærūt rursus sorticolæ, an eiusmodi propositiones, tonat, coruscat, lego & id genus sunt enūtiationes. Secūdo an differat dicere, ego lego, ego Augustinus scribo, & dicere lego, scribo. Ad primam rn̄dent nonnulli sorticolę ꝙ illiusmodi propositiones, nec sunt orationes, nec enūtiationes: bene tñ sunt cōplexa quędā in virtute. Mouentur autem argumento ꝙ illarū vna pars vtpote subiectū est in mente, videlicet, ego. Alia vero in voce, vtpote prædicatū. Enūtiatio aūt & oīs orō est penitus in voce vel scripto & ita eiusmodi esse non possunt orōnes vel enūtiationes. Sed isti delirāt penitus. Nā eiusmodi sunt in voce aut scripto: & in eis est verum vel falsum: igitur enuntiationes. Hæc. n. fuit Aristotelis definitio. Nec contra eos aliter arguo: sunt. n. hæc de se derisibilia. Animaduerte igit̄ ꝙ eiusmodi sunt enuntiationes, qm̄ verba sunt subiectū & prædicatū & copula, in ista dictione lego, aut ambulas: est subiectum vi primæ vel secundæ ꝑsonę verbi, quæ sua natura illā importat. Est prædicatum, quia resolui pōt in participiū, est & copula propter idē. igit̄ absolute est enūtiatio. Ad rationē dico, ꝙ subiectum nō est in mēte ita vt non sit in voce: est. n. in mēte fortasse explicite, in voce vero implicite vti & prędicatum. Ad secundā rn̄dent nōnulli, ꝙ illiusmodi propositiones differūt: qm̄ cū addūtur subiecta illis, quæ sunt pronomina & primæ & secūdæ ꝑsonæ, denotatur affectio aliqua siue præcisio quædā, verbi causa cū dicit̄ ego Augustinus scribo, denotatur ꝙ aut solus scribo, aut nullus ita bene scribit. Et tūc iuxta hāc regulā deducūt captiūculas. Prima, ego Augustinus scribo. igit̄ nullus alius scribit aut nullus alius ita bene scribit. Tenet captiūcula per regulā. Secunda, non valet. ego Augustinus curro. igit̄ ego sum. Est. n. antecedens verum vbi ego solus currerē: cōsequens vero falsum: quia denotaret me solū esse. Tertia hæc est absolute falsa. ego sum, tu es: quia tunc nullus alius esset. ideo dixit deus. ego sum qui sum: qm̄ alia à deo vel non sunt, vel non ita bene. Bene tamē concedent has sum, es, & id genus. Sed isti propter captiunculas sæpe tradunt̄ in pueriles fabulas. Hæc. n. risu digna satis sunt. Nā dū dico ego sum vel tu es: aut in his volunt esse intelligenda subiecta, aut non. si nō: igitur erit aliqua enuntiatio pfecta, & nō cū subiecto. Si vero volunt esse subiecta intelligenda. sed intellectus pōt explicare voce omne quod cōcipit: & non aliter pōt, q̄ dicēdo ego sum: vel tu es. igitur eæ ęquiualēt sum: & ego sum: es & tu es. Secundo, tunc hęc esset nugatoria tm̄ deus est: tm̄ ego scribo: & id genus, Propterea videt̄ mihi illiusmodi orōnes non differre quātum ad rē: sed solū quo ad vsum rhetoricum atq; ornatum. quo. n. ad veritatem idem est dicere tu es, & es, ego scribo: & scribo. Addunt tamen rhetores pronomina ipsa primæ & secundæ personæ nōnunq̄ emphaticos: veluti illud Maronis: Me ne incæpto desistere victā? sub illo pronomine me, intellexit reginam deorum, & sororē, & Iouis coniugem. Similiter Cicero. Ego omni officio ac potius pietate erga te cæteris satisfacio. sub illo pronoīe ego: se illum talem qui cum lentulo familiarissime vixit, & qui tot beneficia ab eo acceperat intellexit. Addunt igitur rhetores eiusmodi ad amplitudinē. licet quo ad propositionum veritatem, quam logicus considerat, nulla sit differentia. Et hoc modo intelligendum est illud Prisciani grammatici. Hæc satis.

Confutatio. (margin)

Responsio propria. (margin)

Est autem una prima oratio enuntiatiua, affirmatio, deinceps negatio: cæteræ uero omnes coniunctione sunt una. Necesse est autem omnem orationem enuntiatiuam esse ex uerbo, aut casu uerbi: quando & hominis ratio nisi ipsum est, aut fuit, aut erit, aut tale aliquid adijciatur nequaq̄ oratio enuntiatiua sit. Quāobrem unū quoddam sit & non multa animal, gressibile, bipes? Neque enim quia propinque dicuntur: una erit. Erit alterius hoc tractare negocij.

Enunciationū alia est vna simplex, alia coniunctione vna, alia vero composita, quæ ex equo diuiduntur per affir. & neg. Vide. 7. Metc. & 8. Met. (margin)

Com. 21. (margin)

Cōueniunt expositores & græci & latini, ꝙ definitā enuntiationē nunc diuidat Aristoteles: & volūt ꝙ Aristoteles breuibus duas diuisiones enuntiationis explicet: quarum vna est ꝙ enūtiationū quędā est vna simplex, quędā vnā coniunctione. Quā expositor eo approbat ꝙ etiā in rebus aliquid est vnū simplex, vt indiuisibile, aut cōtinuū, alterū colligatione, aut cōpositione, aut ordine. Secūda vero vt expositor ait subdiuisio est enūtiationis vnius in affirmatiōnē, & negationem. Vnde recētiores volūt diuisiones esse huiusmodi enuntiationū quędā est cathegorica, quædā hypothetica. Cathegoricarū alia est affirmatiua, alia negatiua.

Mouet Boetius dubitationē vtrū id quod ait prima ad affirmationē referat̄, vt sit posterior negatio. An id quod ait prima ad simplicē retulerit orationem: vt secūda sit quæ ex orōnibus iungit̄. Hæc Boetij quæstio resoluit̄ in tres. Prima vtrū diuisio enūtiationis ꝑ vnā & coniunctione vnā sit prior diuisione ꝑ affirmationem & negationē. Secūda vtrū affirmatio sit prior negatione. Tertia vtrū simplex sit prior cōiuncta. Rn̄det expositor, è quo acceperūt recētiores: ꝙ prima diuisio enūtiationis est per cathegoricā siue vnā simplicē: & hypotheticam siue coniunctione vnā. Huius ratio ab expositore colligit̄, quia prima entis diuisio est per vnum & multa. Igit̄ prima enuntiationis diuisio esse debet similiter. Alia vero diuisio est potius subdiuisio enuntiationis simplicis. Sed pace horū dixerim: hoc stare nō pōt, qm̄ etiā hypothetica siue cōiunctione vna est affirmatiua vel negatiua. Igit̄ nō diuisio secunda siue subdiuisio alterius mēbri est illa, quæ fit per affirmationē & ne-

An diuisio enūciatio in vnam et contradictio ne vnam sit prima. (margin)

& negationem. Secundo errant recentiores qñ volunt hanc diuisionem esse per cathegoricã & hypotheticã: qm̃ tunc sola conditionalis esset cõiunctione vna. Ammo.n.& Boet.volunt hypotheticam nõ esse nisi duobus modis: aut conditionalẽ, aut disiunctam quæ ẽt species conditionalis est vt dicemus. Vñ & græce hypothesis conditio est. Igit̃ hypothetica conditionalis est tm̃. Ideo dicendũ ad primã ꝙ hæc duæ diuisiones enuntiationis æquales cõuertibiles cũ ipsa sunt. Vt.n. ens diuiditur per vnũ & multa:& per actũ & potẽtiã & id genus. Qm̃ oẽ ens aut est vnum, aut multa. Simil'r oẽ ens aut actu aut potẽtia. Sic oĩs enũciatio aut vna simplex aut coniuncta. Et oĩs etiam aut affirmatiua aut negatiua. Et ita æquales sunt diuisiones eiusmodi:& non vna subdiuisio alterius. Dico secundo ꝙ hæc diuisio ꝑ vnam & coniunctione vnã nõ est diuisio per cathegoricam & hypotheticã. Nõ.n.vt Boet.& Ammo. aiũt: cathegoricum opponit̃ hypothetico:sed cõiunctione vni. Est aũt coniunctio non vno mõ:sed interdũ copulatione, interdũ tp̄e, interdum loco, & id genus. Hæ.n. sunt coniunctione vnæ, qñ sol exoritur, dies est: quia coniunguntur coniũctione tp̄is. Hę simil'r, vbi tu disputas, Socra.iacet, & aliæ eiusmodi. Quæ tñ non sunt hypotheticæ. Recte igitur Aristo.verbo cõiori vtens, dicit cæteræ vero oẽs cõiunctione sunt vna:& non dixit cæteras oẽs esse hipotheticas.

An affirmatio sit prior negatione. *Additio expositoris.*

Ad scd̃am respondet Ammo. ꝙ affirmatio solum ex parte vocis est prior negatione quia est simplicior. Nam negatiua enũtiatio affirmatiuæ addit particulam negatiuã. Expositor aũt adiecit duas alias rõnes, ꝙ affirmatio est prior ex parte intellectus, qm̃ affirmatiua significat compositionem intellectus, negatiua significat diuisionẽ. mõ compositio est prior diuisione, cũ non sit diuisio nisi compositorũ. Scd̃o ex parte rei: qm̃ affirmatio significat esse, negatio non esse. modo esse & vl'r habitus natural'r prior est priuatione.

Cõfutatio additionis.

Sed hæc additio nõ placet. Prima quidem non: qm̃ à pari diuisio esset prior compositione: qm̃ non est compositio nisi diuisorum. Amplius vt dicit Ammo. affirmatio & negatio quo ad cõpositionẽ & vnitatem non differunt: qm̃ vtraq; est cõposita ex verbo & noĩe. Licet illa dicatur diuisio rerũ. Secunda vero minime: qm̃ priuatio natural'r præcedit habitũ, vt dr̃ in Prædicamentis. Prius.n.catulus cęcus est q̃ videns, & ita satis est responsio Ammo. q̃ Boetius

An simplex enuntiatio sit prior coniuncta.

etiam approbat. Ad tertiam rñdet Boetius ꝙ enũciatio simplex est natura talis. At coniuncta non est vna nisi positione & quasi ab extrinseco. Sed quod est naturale prius est eo qđ positione est tale, iure simplicẽ priorẽ oportet esse coniuncta quãq̃ rñsionem Ammo. sentit. Sed hæc rñsio vr̃ cõtradicere Aristo. quia si enũtiationis simplicis vnitas est à natura, etiã ipsa erit à natura. eadem.n.ratio est entis, & vnius: propositionis & vnius: vt dr̃ in elenchis. Sed Aristo.ait contra Platonẽ nullam orõnem esse à natura. Igitur vr̃ hæc expositio contra Aristot. Propterea dico, ꝙ via inuentiua, quæ compositione agitur, simplex enunciatio prior est, via vero analitica hoc est resolutoria cõposita est prior simplici. Sed qm̃ Aristo.in isto lib. est inuentiuus, iure simplicem præponit.

Literæ expõ.

Inquit igitur, est aũt vna prima oratio enuntiatiua affirmatio.& rñdens ad particulã, prima subscribit, deinceps negatio: qa ipsa negatio voce posterior est. Ad particulam illam vna.rñdens ait: aliæ vero coniunctione sunt vna. vt hypothetica & id genus.

Dubĩ Alexã.

Sed adhuc est dubitatio Alex. videlicet, vtrum diuisio enuntiationis per affirmationem & negationem sit generis in species.

Scd̃a Ammo.

Secũda est dubitatio Ammonij: vtrum hæc siue enunciatio siue propositio sol existente super terram dies est, sit simplex, aut coniunctione vna.

Rñsio Alex.

Respondet Alexãder ꝙ diuisio enunciationis per affirmationem & negationem non esset generis in species: qm̃ in genere non est ordo, in enunciatione est ordo. Respondet Ammonius, & Boetius, & expositor ꝙ bene vna potest esse altera prior cõparatione facta inter se vt in numeris patet. Sed cõparatione ad tertiũ: vtpote ad cõe genus nullus est ordo: qm̃ æqualiter sunt orõnes veri vel falsi participes, quæ est definitio enuntiationis.& hęc responsio potest stare. Scias tñ ꝙ Boetius & Ammonius inter affirmationem & negationem nullum alium volũt ordinem, nisi prolationis & vocum. Expositor alios affert, quos deiecimus.

Rñ. ad scd̃am.

Ad secundam dici põt quod illa est coniũctione vna: qm̃ ablatiuus absolutus resoluitur per cõiunctionem aliq̃, vt dicunt grãmatici. Hæc de diuisionibus colligunt̃.

Expõ secunde partis primæ.

Deinde vt Ammo.& Boetius introducũt. Aristo. volens disputare de affirmatione & negatione: quæ sunt species enunciationis. præmittit quoddam vtile ad sermonem de illis, videlicet, ꝙ oĩs enunciatio constat ex verbo, videlicet, præsentis tp̄is: aut casu verbi: qđ est præteriti aut futuri. Tacuit verbum infinitum, vt ait Ammo. Tũ quia principaliter de affirmatione loquetur: tum vel maxime, quia coordinatur cum negatiuo. habet.n.cum eo fere eãdem vim. Sed dubitat Ammo. cur præteriit nomen. põt.n.ĩmo constat enũciatio ex nomine & recto, vt sol oritur:& casu eius, vt me tedet scribere. Respondet primo hoc esse prætermissum: qa potest esse enuntiatio, & non ex noĩe vel casu noĩs: vt scire tuum nihil est: vbi verbum est subiectum. Nulla tñ enunciatio esse põt sine verbo, aut verbi casu. Hęc responsio non valet: qm̃ verba illa in enuntiatione nomina sunt. Propterea Porhp. philosoph⁹, quẽ Boet.etiã sequit̃, voluit prætermisisse ipsum nomen: quia verbũ est principalior pars, cum sit pars formalis, quasi totius enuntiationis cõpletiua. Signum aũt affert ꝙ tota orõ à prædicato, ꝙ est verbum nomen nanciscitur. dicitur.n.cathegorica, hoc est prædicatiua. Hæc est vna expositio, quæ stare põt.

Expõ propria.

Mihi tñ videtur ꝙ Arist. respondeat quæstioni tacitæ, dixit.n.esse enuntiationũ alteram simplicẽ, alteram coniunctione vnam. Iõ quis obiiciet. oĩs enunciatio cõstat, ex verbo, verbũ aũt importat compositionem, q̃ sine extremis non est intelligere. Igitur oĩs enuntiatio dr̃ cõposita. Cui rñdet ꝙ oĩs enũtiatio est cõposita ex noĩe & verbo. Sed dr̃ simplex quia non ex pluribus enuntiationibus constat. Veluti hæc. si sol exoritur, dies est: quæ pluribus constat orõnibus. Et tunc continue litera sic: licet enuntiationũ sit q̃dam simplex, necesse est tñ oẽm orõnẽ enũciatiuã esse ex verbo, aut casu verbi. Igitur dr̃ simplex simplicitate opposita compositioni ex pluribus enũciationibus.

Approbatio expositionis.

Et hæc est expõ rectior. Primo, qa illa particula aduersatiua (aũt) poni non solet sic obiter, nisi ad obiectiones tacitas tollendas. Scd̃o, quia interpositio fuisset nimis casualis & nõ pertinens. Tacuit aũt nomen: qm̃ verbũ intelligi non potest absq; extremis. Qđ aũt oĩs enũciatiua orõ ex verbo cõstare debeat, ꝓbat ꝑ locũ à maiori sic. qa siqua orõ eẽt enũciatiua sine verbo maxime esset definitio. Mõ inqt, qñ & hoĩs rõ, nisi ip̄m est, aut fui, aut erit: aut tale aliqd adiiciat̃, nequaq̃ orõ enũciatiua sit. Igit̃ oĩs enunciatiua orõ ex verbo cõstare debet.

re debet. Sed q̃m de definitione locutus est, & quæstio de vnitate eius est alterius negocij, ideo se excusat, interponit tamen cõfutationẽ cuiusdã falsæ r̃nsionis. Dicebant enim quiddã, ꝙ definitio est vna: quia partes propinquius iacent. Inquit. quamobrẽ vnum sit & nõ multa animal, gressibile, bipes. Interponit solutionem falsam: & inquit, neq; enim quia propinque dicuntur: vna erit. Tũc redit ad excusationem, quasi dicẽs, quare vnũ sit definitio erit alterius hoc tractaꝛ̃ negocij. Aĩaduersione dignũ, vt declarat Boetius & Ammonius ad vnitatem definitionis esse necessariã partiũ propinquitatem, quia vbi partes longo interuallo cõcisæ proferrenꝛ̃, definitio nõ esset vna. Ne igiꝛ̃ credaꝛ̃ hanc esse causam vera, remouit illã & transmiserit nos ad septimũ & octauum meta. Et licet de vnitate definitionis Arist. trãsmiserit nos ad metaphysicã, Dubitant expositores græci quæ est causa vnitatis definitionis. Rñdet Theophrastus in libro de affirmatione & negatione, ꝙ definitio est vna ratione subiecti: quod definit. Secundo propter partium proximam constitutionem. Obijciunt contra Theophrastũ, quia tunc definitio nõ esset vna per se, q̃m esset vna ratione subiecti, & ita ratione extrinseca. Secũdo, quia tũc oĩa accidentia essent, vnũ essentialiter, quia sunt in vno subiecto, vel saltẽ ea, quæ essent in vno subiecto. Ammonius affert duas causas. Prima est partiũ vicinitas. Secunda vero est, quia in re est aliquid loco materiæ, aliquid loco formæ. & cũ inter hæc nihil mediet, rationabiliter faciunt definitionem vnam: Sed ambo possunt bene dicere, quia vt Auerroes ait in.7.meta.cõm.42.definitio vno modo potest sumi vt instrumentum, quo intellectus inducitur ad intelligendas essentias rerum, & cũ instrumentum sumat vnitatem à fine. Finis aũt est definiti essentia, iure ab vnitate definiti definitio erit vna. Et sic recte Theophrastus ait. Altero vero sumi potest vt est ipsa rei essentia, quæ cum resultet ex vltima differentia siue vltima forma, quæ est vltimus actus, sic bene Ammonius ait. Sed hæc res non est hic tractanda, vt bene Arist. Dubitat etiã Themistius primo poste. quia videtur ꝙ definitio sit enuntiatio, quia est species ꝓpõnis immediatæ, vt ait Aristo. ibi. hic autem vult non esse enuntiationem. Hanc quæstionem multi soluere enituntur, quos in primo poste. confutamus. nũc vero Philoponi expositionẽ afferimus, ꝙ definitio potest cõsiderari vt præmissa, & sic est propositio & enuntiatio, vt Arist. vult ibi. Alio modo vt terminus, & sic loquitur Arist. hic: quia vt sic non est enuntiatiua oratio, sed terminus vt dicit.

Notabile.

Dubitatio. Rñsio Theo.

Rñsio Amme.

Dubitatio Themistij.

Est aũt una oratio enuntiatiua, aut ea quæ unum significat, aut ea quæ cõiunctione est una. Plures uero esse quæ plura & non unũ significãt. Aut eæ quæ sine coniunctione sunt.

Expositores fere oẽs volunt Arist. diuisionem præpositam nunc exponere, quod (vt mihi videtur) stare non potest. Addit.n. nõnulla mẽbra quæ non p̃diuisit. Ideo Arist. diuisionẽ enũtiationis rursus nũc alio modo ordiꝛ̃, quæ hac forma reduciꝛ̃. Enũtiationũ, alia est vna. Alia plures, vna bifariã diciꝛ̃, hæc quidẽ simpliciter, illa vero ẽm quid vt dicemus. Plures rursus bifariã: eæ quidẽ plures, q̃a plura & nõ vnũ significat, ille plures, q̃a sine cõiunctione multæ sunt. Huius secũdæ diuisionis prima pars primæ parti primæ diuisionis aduersaꝛ̃. Secunda vero pars eiusdẽ, secundæ illiusmodi. Ambigũt quæ diuisio sit hæc? Rñdet & sane sapide ꝙ est diuisio æquiuoci in significata. vt si hõ diuideret in verum, & marmoreũ. nã sola enũtiatio vna est enuntiatio, plures vero sunt vna ꝓlatione, & metaphoricæ. Secundo dubitant quid Arist. velit ꝑ enuntiationem vnam simpl̃r, & vnam ẽm q̃d: quidq; ꝑ plures simpl̃r: & plures ẽm quid. Ad hãc Boe. & Ammo. cõcorditer r̃ndent: & volũt ꝙ vnitas & multitudo referanꝛ̃ ad enũtiationis sig̃nantiam. Simplicitas vero & compõ ad voces. Ex his fiunt sex cõiugationes: quarum duæ sunt impossibiles, quatuor possibiles: vt figura declarat.

Cõm.22.

Prima expõ. Confutatio.


Prima dubõ.

Responsio.

Secunda dubõ.

Responsio cõis.

Enunciationum coniugationes sex: quatuor possibiles, & duæ impossibiles.



Et ita vna simplex est, q̃ est vna simpl̃r, vt hõ est rõnale. est.n. vna quo ad sig̃nantiam. Simplex vero quo ad voces vna vero cõposita est vna ẽm q̃d, vt si sol vritur: dies est. Socr. disputat: & Plato legit: & id genus. Hęc.n. dr̃ vna ẽm q̃d, quia cõiũctione vna. Plures etiã bifariã sunt: plures cõpositæ contra primũ mẽbrũ, vt q̃ inconiũctæ sunt tales, vt Socr. legit, Plato disputat, Arist. moueꝛ̃. sunt.n. plures & cõpositę ẽm voces. Plures vero simplices, vt canis latrat. est quidẽ plures sig̃natu, vocibus vero simplex. Simili mõ hęc aiax pugnauit cũ hectore. Multi.n. fuere aiaces. Hęc quo oppoiꝛ̃ ad sc̃d̃m membrũ. Sed huic obiicit expositor. Primo, quia ꝑ disiunctionẽ: quã interponit vr̃ distinguere inter orationẽ, q̃ significat vnũ, & q̃ est vna coniunctione. Secũdo, quia supra dixit, ꝙ est vnũ quoddã: & nõ multa. aĩal gressibile bipes: q̃d vero est cõiunctione vnũ: nõ est vnũ, & nõ multa, sed est vnũ ex multis. Sed istę rões friuolæ sunt. Prima q̃dem, q̃a non disiũgit inter vnã, & cõiunctione vnã: sed inter vnã simplicẽ, q̃ subintellexit in primo mẽbro, & vnã coniũctione. Ad sc̃dam dico ꝙ penes aliud accipiꝛ̃ vnitas enũtiationis, & definitionis hic & ibi. Q̃n hic sumiꝛ̃ vnitas à significatu: multitudo etiã. Ibi aliter vt diximus. Tertio dubitant: oĩs homo vel equus currit, est vna simplex, aut vna cõposita. Simil̃r Plato atheniẽsis sapiẽs achademic⁹ est in lycio: est vna simplex, vel vna cõposita. Sil̃r oĩs homo si est bos mugit, & Soc. & Plato disputant. sunt ne vnæ simplices? an vnæ cõpositę? Quicq̃d velint Boetius, Porphyrius, Ammonius: & alij. dico ꝙ q̃libet harum est vna simplex. Nã verbum est vnũ, à quo sumiꝛ̃ vnitas enũtiandi. Prima q̃dem vna de subiecto disiuncto, secũda vna de subiecto cõposito. Tertia vna de subiecto conditionato, quarta vero vna

Replica Theo.

de subiecto copulato, & ita quælibet est vna simplex.

Quantum vero ad verba attinet adiecit{& nõ vnũ} quasi dicat propositio siue enuntiatio est vna simplex, & plures. plures quæ significant plura, & non vnum. Q̃m vt Ammonius inquit, sunt enũtiationes plures de aliquo vuiuersali, vt aĩal gressibile bipes est homo. Potest enim resolui hæc in plures, sed quia continent sub aĩali, sunt vna. Propterea ait. & nõ vnũ pp tales enuntiationes. Aut dici põt vt Porphyrius philosophus: ait hoc esse dictũ ad differentiã enuntiationũ, quæ sumũt definitionẽ pro subiecto, aut pro prædicato. Nã videntur multa significare: sed in re vera vnum significant.

Enunciatio significat vnum de vno, non autem nomen, nõ per accidens. Cõm. 23.

Nomen quidem igitur aut uerbum dictio sit solum. Cum non contingat ut is, qui uoce aliquid significet, sic dicat, ut enuntiet: siue interrogante aliquo, siue non, sed ipse profert.

Videtur ꝙ Aristo. inferat vt per particulam illatiuã designat. Videtur vero ꝙ dubitationẽ excludat, vt per seriem verborũ haberi põt. Est. n. dubitatio talis, quia dictum est enuntiationem esse vnã ab vnitate significatus, sed nomẽ aut verbũ vnũ significat. Igitur enuntiatio vna erit nomen vnum, aut verbum vnum. Soluit & vult ꝙ is, qui profert nomen aut verbum vnum, vnum dicit, & is etiam qui profert enuntiationem vnã, vnũ dicit: sed non eodem modo. Nã dicens nomẽ vel verbũ, dicit vnũ prolatiue, & non enũtiatiue, at is qui enuntiationẽ vnã dicit, vnũ dicit enuntiatiue. quatenus enuntiat vnũ de vno, aut remouet vnũ ab vno. Et hoc inquit{nomẽ quidẽ igitur aut verbũ dictio sit solum: cũ non contingat vt is qui voce aliquid significat sic dicat vt enuntiet, sed contingit vt sic dicat vt proferat tm̃} adiecit siue interrogante aliquo, siue non interrogante aliquo, q̃m qui aliquid nomine aut verbo significat potest dicere vt enuntiet aliquo interrogante, vt siquis petat quis hodie venenum bibit, & respondeatur Socrates. Patet ꝙ is qui dixit Socrates: enuntiauit: & hoc quia præcessit interrogatio. vbi autem nulla præluisset interrogatio, dicens Socrates tm̃, nõ enuntiauit, sed protulit dũtaxat. Igitur enuntiatio differt à verbo siue noĩe: q̃m enuntiatio semp̃ significat vnum de vno enuntiatiue, siue præcedat, siue non præcedat interrogatio. At nomen vel verbũ põt enũtiare vnũ de vno solũ præcedente interrogatione. Propterea ait cũ non contingat vt is qui voce aliquid significat, sic dicat vt enuntiet, siue interrogãte aliquo, siue nullo, hoc est vt enuntiet in omni casu. nam nõ nisi vbi præcessisset interrogatio, sed ipse ita dicit vt in omni casu proferat vnũ. Et sic differt enuntiatio à verbo & nomine.

Enunciationũ quædam affirmatio simplex, quædam natura, & quædã composita. Cõm. 24.

Harum uero hæc quidem est simplex enũtiatio, uelut quæ aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo enuntiat, Illa uero ex his cõposita: ueluti ea oratio quædã quæ sane cõponitur.

Expõ Ammo. Propria expõ:

Ammonius vult vt Aristoteles subdiuidat eas enuntiationes, quas dicimus aut interrogante aliquo, aut quas volumus dicere per nos ipsos. Sed hoc est repetere idem pluries: quod non conuenit Aristoteli. Melius igitur diuisionis prædictæ membra exponit per exempla. Et inquit, harum vero hæc quidẽ est simplex enuntiatio, velut per exempla ea, quæ aliquid de aliquo, aut aliquid ab aliquo subaudi enuntiat. Hoc est vt affirmatio: Socrates est academicus, aut negatio, vt Socrates non est timidus. Illa vero est quæ ex his componitur, quod trifariam fit, vt Ammonius ait, videlicet, aut ex ambabus affirmationibus, aut ambabus negationibus, vel ex altera affirmatione, altera negatione. Cuius exẽplum subdit, & inquit. veluti ea oratio quædam, quæ sane cõponitur, supple ex duabus affirmationibus, vt Aiax pugnauit, & Vlyxes furit. Ex duabus negationibus, vt Plato non est crudelis: & Socrates non est auarus. Aut ex vna affirmatione, & altera negatione, vt Plato est in lycio, & Socrates non in academia: Et ita per exempla patet diuisio, & membra diuisionis.

Est autem simplex enuntiatio uox, quæ significat aliquid esse de aliquo, aut non esse, modo quo tempora distinguũtur. *Enũciatio quid*

Cõm 25. Alexander aphrodisius exponit Aristotelem nunc definire simplicem enuntiationem, quã ait definisse p̃ species: Argumento, ꝙ enũtiatio nõ genus est illarũ, sed veluti æquiuocum quoddã. Hæc Aspasius ratione hac confirmat: quia eo modo hic Aristoteles enuntiationem definit, quo primo priorum descripsit propositionem: sed illic sic propositionem descripsit, propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo, aut alicuius ab aliquo: igitur & similiter enuntiationem describere debet. Obijcit autem Ammonius (vt sumit expositor) quia statim Aristoteles definiens affirmationem & negationem ponit enuntiationem, & non vt differentiam: igitur vt genus. Et ita non æquiuocum, sed genus erit illarum, & per consequens non definiendũ per species. Porphyrius philosophus cum Alexandro volens Aristotelem definire enuntiationem simplicem, ait non per species definisse, sed per virtutes affirmationis & negationis. esse enim & non esse non sunt species enuntiationis, sed virtutes affirmationis & negationis. Sed obijcit expositor, quoniã sicut in definitione generis non debent poni species, ita neq; ea quæ sunt propria specierum: modo significare esse, proprium est affirmationi, significare nõ esse negationi. Igitur non debent poni in definitione generis. Boetius autem quasi hæc miscens vult Aristotelem simul diuidere enuntiationem simplicem, & definire, vt intelligenti patet: & longis verbis exponit. *Expõ Boe.*

Sed hoc expositor refellit, quia si enuntiatio simul definiretur & diuideretur, cum non videatur definiri nisi aut per species, aut per virtutes specierum, necessario cum dicere oportebit vel vt Alexander, vel vt Porphyrius. Cum Ammonio vero expositor sentit, & nos quoq; sentimus, videlicet, ꝙ Aristoteles enuntiationẽ simplicem in duas differẽtias diuidit, vt inde definitiones specierum nascatur. Et inquit: est autem simplex enũtiatio, supple omnis, aut quæ significat aliquid esse de aliquo, quod ad affirmationem attinet, aut quæ significat aliquid non esse de aliquo, quod ad negationem: & ne intelligatur solum de præsenti tempore, subscribit modo quo tempora distinguuntur, quasi dicat: etiam in alijs verbi temporibus. Hæc vero diuisio vt expositor sentit non est enuntiationis in species, sed in differentias specificas, non enim ait quòd enuntiatio est affirmatio vel negatio, sed vox significatiua eius quod est esse, quæ est differentia affirmationis specifica, vel eius quod est non esse, quo tangitur differentia specifica negationis. Propter hæc ex his differentijs subscribet specierum descriptiones. Hæc est optima expositio. Verum illa Alexandri non est derisibilis. Propterea primo debes scire Alexandrum voluisse enuntiationem, non esse simpliciter æquiuocum, sed analogum, quasi analogia genus dicitur analogum speciebus Septimo physicæ auscultationis. Hæc enim analogia perfecti ad imperfectum rationi ge-

ni generis non repugnat. Vlterius animaduertendũ enuntiationem posse bifariam definiri.a prioris, & sic in præcedentibns definit Aristoteles nullas in eius definitione addendo species: aut à posteriori. Et hoc dupliciter. vel per ea quæ intellectui cõpetunt: & ita per species acceptas à vero & falso, superius descripsit, aut per ea quæ rebus conueniunt, & ita describit hic: cũ dicit enũtiatio simplex vox est quæ significat aliquid de aliquo esse, vel non esse. Vox enim loco generis accipitur. Significans esse vel non esse loco differentiæ à posteriori accepta. Et hæc est mens Alexandri: quæ multum consonat litteræ. Tunc ad argumentum contra Alexandrum patet solutio. Non enim negat enuntiationem esse genus: sed ait esse analogum etiam.

Per hæc patet responsio ad illud contra Porphyriũ. Possunt enim poni in definitione generis propria specierũ: nõ quidẽ in definitione propter quid, sed in definitione quia: & à posteriori. Similiter ad illud contra Boetiũ, simul. n. definit vt notat illud genus vox, & diuidit vt notat differentia accepta à virtutibus, hoc est proprijs specierum. Credunt sorticolæ Aristotelem per simplicẽ intelligere cathegoricam, & per compositam hypotheticam. Propterea quærunt vtrum oĩs enũtiatio sit cathegorica, aut hypothetica? Circa hãc quæstionem quidã volũt enuntiationem hypotheticã esse eam, quæ ex pluribus cathegoricis cõstans coniunctione vna est: & quoniã plures cathegoricæ, possunt coniungi pluribus modis, {quædã enim per notã causæ, vt quia Socrates bibit venenũ, fuit fortis: Aliæ per notam temporis, vt quando veneris in bellum, dabo tibi præmium. Aliæ per notam loci: vt vbi Socrates moritur, sepelitur. Et possunt etiam coniungi plures cathegoricæ innumeris fere modis} Ideo hypotheticę secundum istos sunt feræ innumeræ. Quare oĩs enuntiatio, quæ ex pluribus cõstat enũtiationibus est hypothetica. Et sic inductio, exemplum, & enthimema: atq; syllogismus: & cætera id genus cum sint enuntiationes cõiunctæ per notã illationis, omnes sunt hypotheticæ. Alij ponunt hypotheticarum, sex species siue modos. vt conditionalem, copulatiuã, disiunctiuã, causalẽ, tẽporalem: demũ & localẽ. Sorticolæ cõiter aiunt tres esse species vt conditionalem: disiunctiuã: & copulatiuã. Nam cæteras ad has reduci contendũt.

Theophrastus vero & Eudemus volunt hypotheticam oẽm esse conditionalẽ: & nullã aliã nisi conditionalem. Huic Boetius assentit in primo Topicorũ suorum. vbi ait conditionales propositiones esse, quas græci hypotheticas vocant. Amplius in libro de syllogismis hypotheticis ait conditionalem enuntiationẽ sortiri speciem & nomen ab hypothesi græce, latine conditio, siue suppositio. Rursus Aristoteles in libro priorum vult ex hypotheticis enũtiationibus cõstitui syllogismos hypotheticos. Constat autem per ipsum non nisi ex conditionalibus. Conditionalium vero græci duas tradunt species. altera est: quam continuã vocãt. Vt si sol exoritur: dies est super nos. Altera est: quã discontinuã nuncupant, vt vel tu es, vel tu non es. Quæ conditionalis discontinua appellatur, quia posita conditione ꝙ non sis, sequitur te non esse, cum itaq; nihil ponat inesse, conditionalis erit: cum inter partes disiunctio signetur. discontinua appellatur. Hæc est mẽs omnium græcorũ: & Boetij vbiq;. Qua ratione fit vt hypothetica sit spẽs enũtiationis cõiunctæ. Nec cathegorica diuidit̃ cõtra hypotheticam, sed potius cõtra coniunctã. Consequẽter videndũ de spẽbus conditionalis cõtinue. Et dicendum vt Ammonius & Boetius sentiunt spẽs posse enumerari aut penes qualitatẽ cathegoricarum è quibus constat, aut penes formã, quæ habetur ex vi notæ conditionis. Si penes qualitatẽ partiũ: tunc sunt quatuor species. Prima ex cathegoricis ambabus affirmatiuis: veluti si sol lucet, dies est. Secunda ex ambabus negatiuis, vt si non est animal, non est homo. Tertia ex prima affirmatiua, & secũda negatiua, vt si dies est, nox non est. Quarta ex prima negatiua & secunda affirmatiua, vt si dies non est, nox est. At si species colligantur ex nota conditionis. {Quoniã hæc nota si. potest trifariam sumi. aut pure cõditionaliter. vt si haberẽ homerũ, studerẽ: Aut permissiuæ, vt si ad me veneris, mille basia dabo: aut illatiue, vt si dies est, sol lucet} harum trium tertia est in vsu græcorum: & proprie conditionalis continua.

Consequenter quæramus penes quid attẽditur affirmatio vel negatio cõditionalis cõtinuæ. Respondent recentiores ꝙ nota conditionis est tanquã forma conditionalis: & quoniam è forma qualitas proficiscit̃ sicut è materia ipsa quantitas: iure ea dicitur negatiua, cuius conditionis nota negatur. Contra vero affirmatiua, cuius conditionis nota affirmatur. Qua ratione fit: vt quælibet harum sit negatiua: non si dies est, sol lucet. Itemq; non dies est, si sol lucet. Rursus, dies est: non si sol lucet. In his. n. oĩbus semper conditionis nota negatur. Boetius vero in libro de hypotheticis affirmationẽ vel negationẽ nãciscitur ex qualitate consequentis. Vult enim cõditionalẽ esse negatiuã etiam si solum consequens negatur. Hæc enim est negatiua. si est. A. non est. B. Hæc affirmatiua. si non est. A. est. B. Hæc positio persuaderi põt, q̃m vis tota hypotheticæ est in illatione cõsequẽtis. Hypothetica enim nihil ponit inesse, sed solum asserit illationem. Igitur negatio debet esse supra consequens, vbi vis illationis habetur.

Sed dices quales erunt hæ, non si dies est, sol est ortus. & sol est ortus nõ si dies est. Videtur mihi ꝙ etiã eiusmodi sunt negatiuę, q̃m in omnibus ijs vis negationis exercetur supra cõsequente ipso. Et pro tanto sunt negatiuæ pro quanto cõsequens negatur. Nõ per hoc quia conditionis nota negatur, sed quia cõsequens negatur sequi ex antecedente. Quare apud Boetium potest conditionalis esse negatiua trifariam, aut per cõditionis negationem, aut per negationis præpositionẽ: aut per negationem consequentis. Et de quantitate agamus. Sorticolæ tenent conditionalẽ continuã nullius esse quantitatis, q̃m quantitas est conditio subiecti. Modo illa non est ex subiecto, & prædicato, quare erit oĩs non quanta. Probabiliter teneri potest omnẽ conditionalem continuam esse quantã. Et hoc à quantitate cõsequentis. Vocat enim Aristoteles syllogismorum hos vniuersales, hos particulares. & hoc à quantitate conclusionis. Igitur cum conditionalis cõtiuua sit vti enthimema potest dici quanta ab eius cõsequentis quantitate. Et ita hæc vniuersalis, cuius consequens est vniuersale, illa particularis simili ratione. Hæc quidem erit vniuersalis, si oĩs homo currit, oĩs homo mouetur. Hæc particularis, si oĩs homo currit, quoddã aĩal currit. Et de veritate & falsitate transigamus. Auerroes septimo physicæ auscultationis, commẽto secundo vult aliquam conditionalem esse veram, cuius antecedens & consequens sunt impossibilia: aliquã esse falsam, cuius antecedẽs & cõsequẽs sunt necessaria. Et

De spẽbus continue. *Defensio Boe.* *De hypotheticis.* *Prima positio. An omnis enũciatio sit cathegorica, vel hypotetica.* *Secunda põ.* *Tertia põ.* *Ad formã quæstionis.* *Põ Boe.* *Dubitatio. Contra Boe.*

ita tenet conditionalem diuidi per verum & falsum.

Pro hac positione arguũt recẽtiores, cõtradictoria diuidunt omnem enuntiationẽ ſm verum & falsum. vt dicit Aristoteles primo priorum: sed conditionalis continua habet contradictorium: quia potest negari & affirmari. Igitur est vera vel falsa. Secundo cuiuslibet cõtradictorij altera pars est vera & altera falsa. Hæc sunt contradictoria, si dies est, sol lucet. Et non si dies est, sol lucet. Igitur altera vera: & altera falsa. & qdquid dicatur, sequitur conditionalem esse veram vel falsam.

Confutatio. Sed hæc positio stare non potest: quia vt dicitur in prædicamentis ab eo quod res est vel nõ est, oratio dicitur vera aut falsa. Sed hypothetica nihil ponit in esse, aut in non esse. Igitur non potest dici vera vel falsa.

Propria pos. Propter hæc videtur mihi saluo meliori iudicio ꝙ nulla hypothetica debet dici vera vel falsa, sed bene necessaria vel contingens, quam quidam vocant bonam aut malam. Rectius necessariam aut contingentẽ, siue impossibilem. Et hæc est intentio Boetij vbiq;.

Tunc ad rationes dico. Ad primum, ꝙ contradictoriũ in hypotheticis non eadem ratione accipit̃ veluti in simplicibus, nã in simplicibus destruit veritatẽ vel falsitatẽ, hoc est id quod est in re, vel quod non est in re. In hypotheticis vero destruit necessitatem vel imposſibilitatem illationis. Et ita contradicere est fere æquiuoce. Tunc ad formam dico, ꝙ contradictoria diuidunt verũ & falsum in cathegoricis, in hypotheticis necessarium aut imposſibile. Et hoc satis. Similiter ad secundũ. contradictoriorũ enim de necessitate alterum est verum, alterum falsum in cathegoricis: in hypotheticis vero alterum necessarium, alterũ imposſibile, vel cõtingens, hoc est non necessarium. Et de conditionali discõtinua agamus, quæq; disiunctiua dicit̃. Et primo dicamus ꝙ quælibet pars disiunctiuæ põt esse consequens, vt dicẽdo tu es, vel tu non es. Quãquã Boetius vtatur vbiq; duabus disiũctionis notis, vt vel tu es, vel tu non es. Et hoc vt notetur nihil poni inesse, nec in prima nec in secunda. Dico igitur ꝙ quælibet potest esse consequens. Nam vel mouetur vel quiescit, põt habere consequens alterã indifferenter, quia si non mouetur quiescit, & si non quiescit, mouetur. Tunc dicendum ꝙ disiunctiua solũ est negatiua vel affirmatiua per negationem præpositam. Causa est, quia quicquid teneatur pro cõsequente, intelligetur negatum, quod nõ est ita in ipsa conditionali continua. Secũdo dico ꝙ aliqua est vniuersalis, & aliqua particularis. Sed non à quãtitate alterius enuntiationis: sed quotiẽs ambæ sunt eiusdem quantitatis. Causa est, quia quælibet põt esse consequens, vt igitur seruetur quantitas consequentis, oportet ambas esse eiusdẽ rationis. Sed dies vel omne. A. est: vel quoddam. B. est: quanta est ista. Dici potest ꝙ hæc est alicuius quantitatis in se, quoniã illius cuius quantitatis est ab ea cathegorica, quæ sumetur pro consequẽte. Actu vero est disiunctiuæ vniuersalis, & disiunctiuæ particularis. Nec hæc cõtradicunt. Põt enim vnamet disiũctiua esse vniuersalis & particularis hac ratione, videlicet, disiunctiuæ vniuersalis, & disiũctiuæ particularis. De veritate vero & falsitate ita sentiendũ, veluti de cõditionali cõtinua. Cum. n. disiũctiua sit conditionalis, & conditionalis nihil ponat inesse, in re nulla erit vera, & nulla falsa, sed quælibet disiũctiua erit aut necessaria, aut imposſibilis, siue posſibilis siue contingens. Et de æquipollentijs negatiuarum dicamus. Et quamquã recentiores multa dicant, mihi videtur, ꝙ negatio præposita toti cõditionali aut notæ conditionis, aut cõsequenti, facit æquipollere copulatiuæ cõstitutæ ex antecedente cõditionalis & opposito consequentis verbi causa, si homo est: animal est. Siquis præponẽs negationem dixerit non si homo est: animal est. Hãc vult significare homo est, & non est animal. Similiter hæc, non si dies est, sol lucet, æquipollet huic, & dies est: & sol nõ lucet. Huius causa est, qa cõditio non ponit inesse, copulatio vero ponit, quare cum particula negatiua neget conditionem, ponit copulationẽ, & cum neget consequens, vbi est vis omnis, ponet etiam oppositum consequentis. Simili ratione nõ vel mouetur vel quiescit, æquipollet copulatiuæ constitutæ ex oppositis ambarum cathegoricarũ, videlicet, & nõ mouetur, & nõ quiescit. Causa vero quare negatio præpositæ disiũctiuæ facit æquipollere vel ponit copulationem, est quia copulatio ponit inesse. Verũ ponit contradictoriũ ambarum partium, quia in discontinua quælibet pars põt esse consequens, ideo cuiuslibet partis oppositũ debet ponere. In continua vero est consequens determinatũ, ideo ponit solum oppositũ consequentis. Hæc de hypotheticis ad mentem græcorum expositorum volui dixisse. Nam ab Aristotele pauca habemus. Sorticolæ vero, cum studiorum suorum finis sit ostẽtatio, nõ esse, multa dicunt in confusione veritatis, quæ pretereunda sunt: cum in illis non sit fœlicitas, neq; ad fœlicitatẽ præparent. De enuntiationibus vero coniunctis, qm̃ regulæ sunt innumerę, non est nũc præsens pertractatio, verum si ocium dabitur, ad importunitates sorticolarum atq; captiunculatorum interdum occurremus: & quid peripatetice sit sentiendum circa eorum captiunculas & cauillos exponemus. Nunc vero de his sit dictum in tantum.

De discõtinua, et disiunctiua.

De affirmatione.

De quantitate.

Dubitatio.

De veritate.

De affirmatione et negatione.

Affirmatio uero est enuntiatio alicuius de aliquo, Negatio autem est enuntiatio alicuius ab aliquo.

Nunc datis differentijs, quibus enuntiatio descendit in affirmationem & negationem, videlicet, esse & non esse, describit illas: & inquit, affirmatio vero est enunciatio alicuius prædicati de subiecto aliquo, negatio vero est enunciatio alicuius ab aliquo. Tangitur .n. enuntiatio loco generis. Cætera dr̃iæ loco. Sorticolæ vero dicunt: enuntiatio affirmatiua est, in qua verbum principale affirmatur, negatio autem in qua verbũ principale negatur. Sed definitio Aristo. est melior: quia est data ex ijs quę sunt per se. Nam ab eo quia prædicatum subiecto inest, affirmatiua proficiscitur enũtiatio: ab eo autem quia remouetur, negatiua emergit. Et sic definitio Aristo. est accepta à causa definitio sorticolarũ accepta est à signo. Est. n. affirmatio & negatio in verbo veluti in signo. Ideo illa est quasi accepta ab accidente. Sed dubitatur: qm̃ in ista aliquid remouetur ab aliquo, videlicet, Soc. differt à Platone: & tamen est affirmatiua, in ista vero. Soc. negatur de equo est negatiua: & tamen est enuntiatio alicuius de aliquo. Similiter quoque & hæ: positio negatur, Propositiones interimuntur: & id genus. Dicẽdum ꝙ definitiones sic intelliguntur: affirmatio est enũtiatio alicuius prædicati de aliquo subiecto. Negatio est enuntiatio alicuius prædicati ab aliquo subiecto. Tunc dico ꝙ hæc est affirmatio: Soc. differt à Platone: qm̃ resoluitur in hanc, Soc. est differens à Platone: vbi prædicatum

tum est totum hoc, differens à Platone: & non Plato: Tale autem prædicatum inest subiecto. Fortasse illa. Socrates negatur de equo est negatiua: quia est sensus: equus non est Socrates. Fortasse est affirmatiua:& est sensus. Socrates est negatus de equo. Hæc de affirmatione & negatione.

Cuilibet affirmationi negationem oppositam esse.


Cum uero sit enuntiare & quod est non esse, et quod non est esse: & quod est esse, & quod non est non esse: & circa ea tempora, quæ sunt extra præsens similiter, continget omne quod & quis affirmauerit, negare, atque quod negauerit, affirmare. Quare patet cuilibet affirmationi negationem, & cuilibet negationi affirmationem esse oppositam.

Com. 26. Tractaturus Aristo. de oppositionibus enuntiationum preponit talem conclusionem: omnis affirmatio negationi opponitur, & omnis negatio affirmationi. Et syllogismus componitur sic omnis affirmatio possibilis negari negationi opponitur, Et omnis negatio possibilis affirmari opponitur affirmationi: sed omnis negatio potest affirmari, & omnis affirmatio negari: igitur omnis affirmatio negationi opponitur,& econtra. Maiorem pretermisit, Minorem vero probat exẽplo. Ad cuius euidentiam animaduersione dignum:

Quot materiæ enũtiationum.

ꝙ materiæ enuntiationum omnes ad duas reducuntur. ad habitudinem subiecti ad prædicatum affirmatiuam, quæ si fuerit in actu dicitur esse vt in terminis animal homo. Homo.n.in anima ad animal habitudinem dicit affirmatiuam. Propterea appellatur in esse: è quo proficiscuntur enũtiationes affirmatiuæ de inesse. Si vero fuit habitudo in potentia, erit contingens esse affirmatiuum: è qua exoriuntur enuntiationes de contingenti in esse, cuius termini erũt iustum homo. Aut materia enuntiationum reducetur ad habitudinem subiecti ad prædicatũ negatiuam: quod est aut in actu, vt in his terminis equus, homo, ex hoc emergũt enuntiationes de inesse negato, aut in potentia, vt in his terminis grammaticum, animal: ex hoc nascuntur enuntiationes de contingenti non inesse. Qua ratione fit ꝙ ex parte rerum duæ sint omnium enuntiationum materiæ. Ex parte vero nostri modi enuntiandi vt Ammonius innuit sũt duæ formæ. nã noster enuntiandi modus esse potest aut affirmando, aut negando. Quare sunt quatuor: duæ quidem materiæ ex parte rerum. Duæ vero formæ ex parte nostra. Ex parte rerum nuncupantur esse,& non esse, Ex parte nostra appellatur affirmatio & negatio. Sed quoniam cum sunt quatuor termini possunt sex modis coniugari, dicemus sex fieri coniugationes. quarum quatuor sunt impossibiles, duæ tantum impossibiles. Prima erit ex habitudine affirmatiua quod vocatur esse, & nostro modo affirmandi, quod dicimus affirmationem, & hæc est vtilis: vt si hominem esse animal enuntiemus. Alia ex habitudine negatiua,& nostro modo negandi. Vt si enuntiemus hominem non esse animal, cum tamen homo sit animal, & hæc est inutilis. Tertia erit ex habitudine negatiua & nostro modo negandi, vt si equum hominẽ non esse enuntiemus: hæcq; etiam vtilis erit. Quarta ex habitudine negatiua & nostro modo affirmandi, vt si equum hominem dicimus, & hæc inutilis est. Est quinta ex affirmatione & negatione: quæ sunt ex parte nostra, quod non potest fieri. Sexta ex esse & non esse, ex parte rerum: quod minime est possibile. Erunt igitur coniugationes sex: quarum duæ sunt possibiles, cæteræ inutiles.

Formæ enuntiationũ duæ.



Ex ijs exemplariter potest patere minor. Nam si esse contingit negari, & non esse contingit affirmari: omnis affirmatio erit possibilis negari. Et omnis negatio possibilis affirmari quę fuit minor. Inquit. Cum vero sit enuntiare & quod est in re, non esse, vt in negatione falsa. Vt dicendo homo non est animal. Et quod non est in re, esse: vt in affirmatione falsa, vt dicendo æthiops est albus. Et quod est, esse, vt in affirmatione vera.& quod non est, non esse: vt in negatione vera.& non tantum de enuntiationibus per presens tempus, sed etiam & circa ea tempora quæ sunt extra præsens similiter, dat minorem,& inquit. contingit & omne quod quis affirmauerit negare. nam si affirmat esse. illud negare possumus. si affirmat non esse, etiam illud negare possumus. Contra etiam & quod negauerit affirmare propter eandẽ rationẽ. Sic quasi per exempla patet minor. Tunc infert conclusionem, & inquit, quare patet cuilibet affirmationi negationẽ, & cuilibet negationi affirmationem esse oppositam. Quæ fuit cõclusio syllogismi præpositi. Animaduertendum vim rationis esse, omne quod affirmatur contingit negari, & econtra: omne quod negatur contingit affirmari. Igitur affirmatio & negatio sunt oppositæ, antecedens deducebatur. nam quod est affirmatur contingit negari,& quod non est etiam quod affirmatur contingit negari, igitur omne affirmatum contingit negari. Contra etiam, quia quod non est, quod negatur cõtingit affirmari, & quod est quod negatum, contingit negari. Igitur omne quod negatur: contingit affirmari. Quare affirmatio & negatio erũt oppositæ. Sed dubitatur contra consequentiã, qm̃ omne quod mouetur, contingit esse album. Contra etiam. omne album contingit moueri, & tamen albũ & motum non sunt opposita. Igitur licet omne affirmatum contingat negari, & econtra, non propterea debent putari opposita. Dico ꝙ non sunt similia. Omne enim quod mouetur, contingit esse album ipso remanente in motu:& econtra, omne quod est album, contingit moueri ipso remanente cum albedine. Propterea non sunt opposita. At affirmatum si negetur non remanet cum affirmatione. nec etiam si negatum affirmetur, remanet cum negatione. Propterea sunt opposita, vnde quoniam omne album contingit esse nigrum,& si sit nigrum, non remanet album, ideo album & nigrum opponantur.

Vis rationis.

Dubitatio.

Solutio.

Sitq;

Contradictio quid sit x. meta. et post prædicamentis. Com. 27.

Sitq; hæc contradictio affirmatio & negatio oppositæ.

Quid oppositio sit declarauit, nunc quid contradictio, subscribit: & debet sic intelligi. cōtradictio est hoc affirmatio & negatio oppositæ: hoc est cōtradictio est oppositio affirmationis & negationis. Ponitur oppositio loco gñis, reliqua collocantur differentiæ causa. Ammonius credidit non rem definisse Arist. sed vnde ipsa contradictio nomen suum nanciscatur. Affert signum quia in græco sensus fit & hoc contradictio, affirmatio & negatio oppositæ. hoc. n. loquendi modo non vtimur nisi in nominum impositione, vt dixit supra & fit nomen infinitum, hoc certe est bene dictum: credo tamen q Aristo. simul nomen finxit: & nominis rationem subiecit: ratio autem quam significat nomen definitio est. Et ita simul nomen & rationem nominis: vt mihi videtur abstulit.

Dico autem eā opponi, quæ est eiusdem de eodem, & non æquiuoce, & cætera id genus: quæ determinauimus ad sophisticas importunitates.

Cōm. 28. Soluit dubitationes. nam contra dictam descriptionem potest multipliciter instari. *Prima obiectio.* Primo hæc est oppositio s̄m affirmationem & nagationem, aĩal est grammaticum, animal nō est grammaticum: quæ tñ non est contradictio. *Secunda.* Secundo hæc est oppositio s̄m affirmationem & negationem, canis latrat, canis non latrat: quæ tñ non est contradictio. *Tertia.* Tertio hęc est oppositio s̄m affirmationem & negationē ęthiops est albus dentem, æthiops non est albus pedem: quæ non est contradictio. *Quarta.* Quarto: & hæc est oppositio affirmationis & negationis. Plato currit tarde, Plato non currit velociter: quæ nec est contradictio. *Quinta.* Quinto: & hæc est oppositio affirmationis & negationis, pluit hodie, non pluit hæri, quæ etiam non est contradictio. *Sexta.* Sexto, & hæc, pluit in Gallia, non pluit in Italia. Et cætera id genus. Propterea ad hæc oĩa satisfaciens vult descriptionem esse intelligendam sic, conclusio est oppositio affirmationis & negationis seruata identitate subiecti & prædicati. Per quod tollitur prima obiectio: aĩal nō est idem numero subiectum: nō æquiuoce, per quod tollit secunda. Canis. n. ęquiuocum est s̄m idem: per quod cessat obiectio de ęthiope. est. n. illud s̄m diuersas partes: s̄m eundem modū quo etiam debetur quarta. Nam non est eodem modo, quod assumitur s̄m idem tēpus: quo demitur quinta instantia: qm̄ ea sunt vera in diuersis temporibus: s̄m eūdem locum: quo etiam demitur vltima, quæ ꝓcedit ex dr̄ia loci. Et si aliquæ essent, quæ solent fieri à sophistis: etiam audiendæ sunt. Erit igitur contradictio oppositio eiusdem de eodem: non æquiuoce s̄m idem: eodem modo, tempore eodem: & s̄m eundem locum: & siqua alia erunt. Et tunc patet contradictionem differre à sub contrarietate, contrarietate, subalternationeq;. Inquit, dico autem eam opponi supple alteri, quæ est eiusdem de eodem: quo ad primam conditionem: & non æquiuoce quo ad secūdam. Et cætera id genus: quæ determinauimus ad sophisticas importunitates: quo ad cæteras quatuor conditiones.

PARTICVLA SECVNDA.

De subiectis & prædicatis Propositionum diuersam in his quantitatem constituens, ex qua fiat oppositæ. Cap. V.

Cum rerū aliæ sīt vniuersales alia particula res, enunciationes vero sint ē rebus: sunt vel vniuersales, vel particulares, siue singulares.

CVm autem rerum aliæ quidem sint uniuersales, aliæ uero particulares. Dico autem uniuersale quod de pluribus aptum est prædicari, particulare uero quod non. Veluti homo quidem uniuersale, callias uero particulare: necesse igitur est cum aliquid inest alicui, uel non inest, id cui inest interdum quidem enuntiare esse aliquod eorum quæ alicui insunt uniuersalia, interdum uero aliquod eorum quæ sunt particularia.

Cōm. 29. Tractatur Aristo. de residijs oppositionibus enūtiationum, primo de quibus subiectis sint enuntiationes concludit. nam per hoc poterimus scire id, cui signum vl̃e sit addendum. Est autem 2° textus: q omnis enūtiatio sit aut de subiectis vl̃ib⁹, aut de subiectis particularibus. Et syllogiçat sic oēs res aut vl̃es aut particulares: omnis enuntiatio est de rebus: igitur oĩs enuntiatio aut est de vl̃ibus, aut de singularibus subiectis. Huius rationis proponit maiorem: & inquit: {cum autem rerum aliæ quidem sint vl̃es, aliæ particulares: hæc est maior: quam definitione & exemplo exponit. & inquit {dico autem vl̃e quod de pluribus aptum est prædicari. Particulare vero quod non, subaudi aptum est de pluribus prædicari. Veluti homo quidem vl̃e, Callias vero particulare: Hæc est expositio maioris: subintellecta tunc minori, videlicet, q enuntiatio omnis sit de rebus: dat cōclusionem: & terminat suspensiuam. d. Necesse igitur est cum aliquid vt prædicatum inest alicui vt subiecto in affirmatione, vel non inest in negatione: tunc supple tu: vt græco est supplendum: id cui inest hoc est subiectum interdū quidem enuntiare esse aliquod eorū quæ alicui insunt vl̃ia, interdum esse aliquod eorum quæ sunt particularia. Sic igitur: omne subiectum enūtiationis de necessitate aut est vl̃e, aut particulare. Hæc est expositio partis. Quo vero ad græca verba attinet verbū particulare gręce est cathecaston: quod nōnulli volunt latine esse singulare, & recte sentiunt. Ego vero inter singulare & particulare nunc differentiam nō facio. Accepi. n. hæc vt multiuoca. Multæ quæstiones & dubitationes hoc solēt concitari: quæ cum sint potius metaphysice, iure præteriri possunt.

Quæ enūciationū opponantur contrariæ.

Siquidem igitur esse aut non esse de uniuersali uniuersaliter enuntiauerit quispiam, contrariæ erunt enuntiationes. Dico autem de uniuersali enuntiationem uniuersalem, uelut omnis homo albus est, nullus homo albus est.

Cōm. 30. Opi. multiplex. In enuntiationibus inuenitur multiplex oppositio. Oppositio. n. inuenitur in terminis, & de hac loquitur Aristo. in post prædicamentis: vbi distinguitur in quatuor, videlicet, contradictoriam, contrariam, priuatiuam, & relatiuam. Inuenitur etiam in syllogismis: & de hac loquitur Arist. in primo poste. cap. de ignorantia: vbi docet facere syllogismos ex contrarijs propositionibus ad ipsa prima principia. Inuenitur quoq; in propositionibus siue enuntiationibus, & de hac nunc loquitur. *Numerus oppositionum.* Vbi eas enumerat quatuor: qm̄ enuntiationes aut opponuntur penes quantitatem tm̄, aut penes qualitatem, aut penes vtrunq;. Si penes quantitatem: est subalternatio, vt quilibet homo albus est, quidā homo albus est. Aut nullus homo albus est, quidam homo albus nō est. Si penes qualitatē, aut seruata vniuersalitate, aut seruata particularitate. si penes qualitatē seruata vniuersalitate, est contrarietas vt omnis homo iustus est, nullus homo iustus est. Si seruata particularitate est subcōtrarietas. vt quidam homo currit: quidam homo non currit, at si penes vtrunque: erit contradictio, vt omnis homo disputat quidam homo non disputat. Nunc igitur de contrarietate proponit & dicit. {Siquidem

{Siquidem igitur esse aut nõ esse de vniuersali, vl'r quispiam enuntiauerit contrariæ erunt enuntiationes. dico autem de vniuersali enuntiationem vniuersalẽ, veluti oĩs hõ albus est: nullus hõ albus est.} Sed dices cõtra: quia tunc hæ sunt contrariæ. oĩs hõ albus est, nullus hõ niger est: & oĩs hõ iustus est, & nullus equus iustus est: & oĩs homo disciplinę capax est, nullus equus bipes est. In oĩbus enim ijs de vniuersali enuntiatur esse & nõ esse. Dici potest ꝙ suppleuit per exemplum complemẽtum definitionis. contrariæ. n. enuntiationes sunt affirmatio & negatio vniuersales eiusdem prædicati de eodem vniuersali subiecto. Laborat expositor assignare colorem, cur hæc oppõnis species in enuntiationibus nomen contrarietatis nacta sit: & frustra vt mihi videtur. Nam illud quod assignat pro colore, adhuc cur contrarietas dicatur: habet qõnem. non enim põt reddi cã cur inter album & nigrum sit contrarietas. inter album & non album contradictio. Nomina. n. ad instituentis sunt libitum. Sed supposita ratione nominis reddi potest causa: ideo de nominibus loquamur vt plures, rationes nominum nunc omittentes.

Dubitationes.

Solutio.

Quid expositio frustra agat.

Quando autem de uniuersalibus non uniuersaliter non sunt contrariæ: quæ autem significantur, contingit nonnunquam esse contraria. Dico autem non uniuersaliter enuntiare de uniuersalibus, ueluti est albus homo: non est albus homo: homo nanq; cum sit uniuersale, non ut uniuersali utitur enuntiatione. Omnis enim non significat uniuersale. sed quoniam uniuersaliter.

Affirmatiua & negatiua de subiectis vniuersalibus non vniuersales sub contrariæ sunt, quarum significata contingit aliquando esse contraria.

Cõm. 31.

Expositores græci, & si multipliciter textũ exponãt: oẽs pariter volunt Aris. describere subcontrarias indefinitas. Sunt. n. subcontrariæ bifariam: aut particulares, vt quidam homo albus est, quidam homo albus nõ est: & indefinite, vt hõ albus est, hõ albus nõ est: & inquit. {qñ autem de vniuersalibus subiectis non vniuersaliter quispiam enuntiauerit, non sunt contrariæ, quæ aũt significantur, contingit nõnunquam esse contraria. Erit igitur sensus. indefinitæ subcontrariæ sunt affirmatio & negatio de subiectis vniuersalibus nõ vniuersales: quarum significata contingit esse nonnunquam contraria.

Expõ Alexan.

Ait Alexan. vltimam particulam esse additam propter propões: in quibus de subiectis vniuersalibus prædicantur prædicata vniuersalia ad illa non vniuersaliter: vt homo est animal, homo non est animal: nam tales habent vim contrariarum. Hęc expositio & si cõmuniter approbetur: mihi non placet. Arist. n. nihil meminit de prædicatis vniuersalibus ad subiecta vniuersalia.

Confutatio.

Propria expõ.

Propterea animaduertendũ est ꝙ ad indefinitas subcõtrarias requiritur primo vt non sint vniuersales: & ꝑ hoc differunt à contrarijs, & conueniunt cum subcontrarijs particularibus. Requiritur secundo ꝙ sint de subiectis vniuersalibus: & per hoc differunt à contradictorijs singularibus, videlicet, Callias est albus. Callias non est albus. Tertio ꝙ sint aptæ effici vniuersales: & per hoc differunt à subcontrarijs particularibus: vt quidam homo albus est, quidam homo albus non est. non enim hę possunt effici vniuersales ẽm consuetum modum loquendi. Esset enim improprie dictum. oĩs quidã homo albus est. nullus quidã hõ albus est. at indefinitæ cum sint capaces omnis quãtitatis: ob quod indefinitæ dictæ sunt: effici possunt vniuersales non contra cõsuetum modum loquendi per solam additionem signi vniuersalis. Erit igitur sensus, indefinitæ subcõtrariæ sunt affirmatio & negatio de subiectis vniuersalibus nõ vniuersales: quarum significatã contingit esse nonnunquã contraria. Dico affirmatio & negatio loco generis & ad differentiam subalternarum. dico de subiectis vniuersalibus ad differentiam contradictoriarum singulariũ. dico non vniuersales ad differentiam contrariarum. dico: quarum significata contingit esse nonnunquã contraria, ad differentiam particulariũ, quę effici non possunt vniuersales per additionem signi, has exponit per exemplum. d. Dico aũt non vniuersaliter enuntiare de vniuersalibus: veluti est albus homo. non est albus hõ. hõ nanq; cum sit vniuersale, ipse enuntians non vt vniuersali enuntiatione vtitur. hoc est nõ vniuersaliter accipitur. Nam non additur ipsi signũ vniuersale omne, vel id genus: quod licet non sit vniuersalis res, est tamẽ vniuersalitatis nota: & hoc ait. oĩs. n. non significat vniuersale: sed vniuersaliter: hoc est: est vniuersalitatis nota: & per consequens sine ipso nihil vniuersaliter tenetur: & per exemplum quod subiecit: significauit tales affirmationes & negationes esse enũtiationes eiusdem prædicati de eodem vniuersali subiecto, vt diximus de contrarijs. Quærũt quot sunt signa terminorum. oẽs sentiũt illa reduci ad duo: quia vel est signum siue nota vniuersalitatis, vt oĩs nullus & id genus: aut particularitatis: vt quidam, aliquis & id genus. Huius cãm expositor ex Ammonio assignat ꝙ eiusmodi signa sequũtur modum apprehendendi rem ipsam: vniuersale aũt apprehendi põt respectu suorum suppositorum bifariam: aut quatenus actu hæret oĩbus suis suppositis, aut actu ab omnibus remouetur: & hunc modum sequũtur signa vniuersalia negatiuum & affirmatiuum. Alio mõ vt intelligitur parti inesse vel à parte remoueri: & sic habentur signa particularia affirmatiuum & negatiuum: aut põt considerari in dispositione neutra. Et cum hæc consideratio sit priuatiua: ideo non fuit aliquod signum illius. Sed dices: nonne natura vniuersalis vt natura humana potest considerari vt absoluta ab indiuiduis: cur non datur signum illius apprehensionis. Amplius: cur non datur signum singularitatis. Philoponus primo priorum in solutione quæstionum stoicorum ait: ꝙ natura qñ intelligitur abstracta intelligitur vt singularis singularitate naturæ: & cum singulari nullum competat signum, ideo vt sic illi nulla correspondet significationis nota. Singulare quoq; vniuersalis nulla eget significationis nota: cũ in ipso illa habeatur sua nominis vi. Dici tñ posset dari tertium signum consequens apprehensionem rei sub rõne singulari: vt sunt pronomina demonstratiua: quæ pñt demonstrare singularitatem naturæ & singularitatem vniuersalis. Possumus. n. dicere hæc natura humana in communi est tantum ipsa: & sic vtimur nota singularitatis: & etiam possumus dicere, iste homo disputat: & vtimur similiter: & sic signa consequentia nostrum apprehendendi modũ sunt tria: vt vniuersale, particulare, & singulare.

Quod de signis positio.

Propria solutio.

In eo uero quod est prædicatum uniuersale id, quod est uniuersaliter prædicare, non est uerum. Nullã enim affirmatio est uera, in qua de uniuersaliter prædicato uniuersale prædicetur, ut est omnis homo omne animal.

Non fiunt enuntiationes vniuersales de subiectis vniuersalibus nota vniuersalitatis ad prædicatũ vniuersale apposita.

Cõm. 32.

Aristo. ẽm omnes refellit dubium: quod apud me debet sic introduci: dictum est ꝙ contrariæ sunt affirmatio & negatio vniuersales de vniuersalibus: modo dubitatur, cum cõtrarietas sit maxima oppositio, & summa repugnatio: videtur ꝙ debeat esse tam ẽm subiectum quam ẽm prædicatũ. Qua ratione videtur vt tã subiectum

ctum quam prędicatum debeat vniuersaliter teneri ſm cōtrarias qualitates. sic.n. esset maxima oppositio. Magis.n. opponuntur hę. oīs hō omne animal est: & nullus homo nullum animal est: quam si esset differētia penes subiecta tm̄, videlicet, dicendo oīs homo aīal est. nullus homo aīal est. Respondet Arist. in oppositionibus contrarijs non esse possibile id fieri: qm̄ semper affirmatiua esset falsa, & sic nunquam contingeret eas diuidere verum & falsum. licet.n. nonnunquam sint simul falsæ, tamen interdum sunt simul veræ: vbi aūt adderētur signa vniuersalitatis vtrisq; vniuersalibus, semper affirmatiua esset falsa in omni materia: quod est cōtra naturam cōtrariarum. Propterea inquit, in eo vero qđ est prædicatum vniuersale id, quod est vniuersaliter prædicare, non est verum: subaudi subiecto existente vniuersali vniuersaliter tento, vt fit in contrarijs ipsis. Nulla enim affirmatio est vera, in qua de vniuersaliter prædicato quod ponitur à parte subiecti vniuersale vniuersaliter determinatum prædicetur: vt omnis homo omne

Cōtra Tho. animal est. Ex his non colligitur signum vniuersale nō posse addi ad prædicatū, vt multi sumunt, sed ꝙ in enuntiationibus contrarijs, in quibus vniuersale vniuersaliter subijcitur, non debet vniuersale vniuersaliter prædicare vt in exemplo Aristot. colligitur. quæ res docet expositorem non recte sentire, qui sumit vniuersaliter ex his Aristot. verbis notam vniuersalitatis non esse addendam prædicato. Speciatim enim Aristot. loquitur vt in ipsis contrarijs enuntiationibus, in quibus vniuersalia subiecta vniuersaliter subijciunt.

Vtrum vniuersale signum pōt addi pdicato. Vtrū vero vniuersalitatis nota possit addi prædicato, quæstio est impertinens nostro proposito. Et de ea disputaui primo priorum textu illo, dico autem vniuersalem. in fine illius digresionis. pro nunc autē responderi potest primo: ꝙ conueniētius subiecto additur, qm̄ per signum notatur quantitas acceptionis subiecti pro suis suppositis: igitur sibi esset dignius addi. Secundo vt ait Aristot. primo priorum. cap.24. (quo modo autem idonei erimus) quia inutile erit ad syllogismorum modos vel

Additur nonnūquam, vl'e signū ad prædicatū. figuram. Dico secundo, ꝙ interdum addi potest: interdum vero non. Additur quidem quotiens prædicatum sua natura remouetur è subiecto: tunc enim subiecto potest addi signum vniuersale affirmatiuum, prædicato signum vniuersale negatiuum: vt omnis hō nullus equus est. Quotiens vero prædicatum natura sua subiecto competit sibi vniuersale signum affirmatiuū addi non potest. si idem signum addatur subiecto: quia est hæc falsa. omnis homo omne animal est. Similiter & hæc. omnis homo est omnis homo: vbi tamen vniuersale signum negatiuum subiectis adderetur, ambæ essent veræ, videlicet. nullus homo omne animal est: nullus homo omnis homo est: & cæteræ id genus. Similiter quotiens prædicatum non habet nisi vnum suppositū addi potest signum vniuersale affirmatiuum prædicato, vt sol est omnis sol. Possunt autē hæc reduci ad normam: nam vel prædicata habent plura supposita actu,

Regula vnica. vel vnum tm̄. si vnum tm̄, sit hæc regula affirmatio vera erit: vbi vniuersale vniuersaliter prædicatur de subiecto: nam hæc est vera, omnis sol est omnis sol: siue iste sol est omnis sol. si vero prædicatum habet actu plura,

Prima regula negationis. Sit hæc prima regula: negatio est vera, vbi vl'e vniuersaliter prædicatur de subiecto vniuersali vniuersaliter: vt nullus homo est omnis homo: & nullus homo est omnis equus: nullus homo est omne animal: & id

Secūda regula affirmationis. genus. Secunda regula affirmatio est vera, in qua vniuersale vniuersaliter negatum prædicatur de subiecto vniuersali: vt equus est nullus homo: & hæc similiter, oē lignū est nullus homo. Tertia regula. oīs affirmatio *Tertia regula affirmationis.* est falsa, vbi prædicatum vniuersale vniuersaliter prædicatur de subiecto vniuersali: vt oīs hō, omne animal est: hō omne animal est, & id genus. Multa alia dici solent, *Rēsio propria & generalis.* quæ omitto. Potest tamē dici aliquod esse verum per accidens, quod est falsum per se. Et ita dicerem signum vniuersale per se esse addendum ad subiectum, per accidens autem gratia materiæ: nonnunquam nihil prohibet addi ad prædicatum, vt in casibus prædictis.


Opponi quidem igitur affirmationem negationi dico contradictoriæ, eam, quæ uniuersaliter significat ei, quæ non uniuersaliter: ut omnis homo albus est, non omnis homo albus est: nullus homo albus est, est quidam homo albus. *Quæ sint contradictoriæ.*

Ex is vt videatur quo modo differunt contradictoriæ & contrariæ enuntiationes, describit rursus vtrasq;: *Cōm 31.* & potest descriptio contradictoriarum sic colligi. enūtiationes contradictoriæ sunt affirmatio & negatio vniuersalis, & non vniuersalis eiusdem prædicati de eodē subiecto vniuersali: hæc fuit declarata: & per exempla declarat, & sermo patet. Sed ambiges: qm̄ verbū finitum & verbum infinitum contradictoriæ opponūtur: quarum in littera nihil meminit. Respōdet Ammonius Arist. descripsisse enuntiationes contradictorias & non simplices voces. Propterea ait litteræ esse supplendum hoc modo opponi affirmationem negationi enuntiatiuæ contradictoriæ dico: & reliqua: nam per hæc tollitur dubitatio. Animaduersione dignum in contradictione enuntiationū reperiri omne genus opponis: vt eā, quæ est penes quātitatē, cū vna sit vl'is, alia particularis: & eā, quæ est penes qualitatē: qm̄ vna affirmatiua altera negatiua: qua rōne fit, vt hæc maxima habeatur.

Cōtrariæ uero uniuersalē affirmationē & uniuersalē negationem: ut omnis homo iustus est, nullus homo iustus est. *Quæ cōtrariæ.*

Nunc describit contrarias: & vult, ꝙ cōtrarię sunt affirmatio & negatio vl'es eiusdem prædicati de eodem subiecto vniuersali: vt per exēpla eius patet. Est aūt hęc oppō minor contradictione: qm̄ ſm solā qualitatē habetur. est uero maior subcontrarietate: qm̄ enūtiationes contrariæ maxime distant, cum in vna prædicatū de quolibet subiecto affirmetur, in altera de quolibet negetur in subcōtrarietate distātia est ꝑ partes. Exēplū. *Cōm. 34.*

Figura ostendens quatuor modis opponi propositiones.



Sic

Sic igitur habes quatuor oppões. Maxima quidem omnium est contradictio cum quantitate & qualitate sit. In secundo gradu est contrarietas cum sit oppositio ꝑm qualitatem ꝑm se totã. In tertio gradu est subcontrarietas: nam est oppositio penes qualitatem, sed est ꝑm partes. Vltima & minima est subalternatio: qm̃ est oppositio penes quantitatem; est oppositio penes quantitatem minor, quam illa penes qualitatem: qm̃ in quantitate non est oppositio, vt dicitur in prædicamentis, sed bene ꝑm qualitatem: hæc omnia ex dictis patet. Pōt vero harum ratio sic sumi: quia enuntiationes dici pñt oppositæ aut in quantitate solum, & hæ subalternæ dicuntur: aut in qualitate solũ, & hæ bifariam. aut. n. in toto, & hæ contrariæ sunt: aut non in toto, sed in parte: & hæ subcontrariæ habentur, aut in quantitate & qualitate, & sic habentur contradictoria: Ratio igitur harũ sic haberi potest. *Oppõnum collectio.*

Quapropter hæ quidem simul ueræ sint fieri nequit, ijs uero oppositæ de eodem simul ueræ sint contingit interdum. ut non omnis homo albus est, & est quidam homo albus. *Contrariæ non possunt esse simul veræ, subcontrariæ vero sic.*

Cõm 35. Quo modo enuntiationes oppositæ se habeant ad verum & falsum, nunc declarat, & ꝑm recentiores ea, quæ dicet, erunt leges enuntiationum oppositarum.

Prima lex. Prima itaq; regula est, vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua non possunt esse simul veræ. Secũda regula. subcontrariæ ijs opposite possunt esse simul veræ. Inquit. quapropter hæ quidem simul veræ sint: fieri nequit. Hæc est prima regula. ijs vero oppositæ de eodem simul veræ sint, contingit interdum: vt non omnis homo albus est, & est quidam homo albus: hæc est secunda regula. Prima regula potest ex dictis sequi. probatum est. n. eiusmodi enuntiationes esse contrarias. Contraria aũt non possunt eidem competere: vt album & nigrum, bene tamen ab eodem remoueri: qua ratione fit vt non possint esse simul veræ, bene tamen vt supplent iuniores logici simul falsæ: vt omne aĩal est homo: nullum animal est hõ: ambæ. n. simul falsæ sunt. Similiter. omnis hõ albus est: nullus homo albus est. Prima igitur regula locum habet propter naturam cõtrariorum. Secunda vero valet per primam. Si. n. contrariæ non possunt esse simul veræ, subcontrariæ non possunt esse sim l falsæ. vbi. n. hæ essent simul falsæ, cum hæ contradicant illis: illæ erunt simul veræ, per legem contradictoriarum, quæ dicit: si vna est falsa, alia vera: quare si illæ ambæ falsæ sint contrariæ quę sunt illis cõtradictoriæ erunt simul veræ: & quia prima regula sequitur ex dictis: & scđa ex prima infertur, iure Arist. litteram hanc fecit illatiuam & quasi correlariam. *Secunda lex. Probatio priæ. Probatio scđæ.*

Quæcunq; quidem igitur contradictiones uniuersalium sunt uniuersaliter, necesse est alteram ueram esse uel falsam: & quæcunq; in singularibus sunt, ut est Socrates albus, non est Socrates albus. *Contradictoriæ oẽs nõ possunt esse simul veræ.*

Cõm. 36. Prima lex in contradictorijs. Regulas contradictoriarum nunc tradit. Prima est. contradictiones vniuersales non possunt esse simul veræ nec simul falsæ: sed omnino necesse est alteram verã esse alteram falsam. Secunda regula. contradictiones in singularibus similiter nec simul veræ, nec simul falsæ esse possunt: sed necessario alteram veram alteram falsam esse oportet. Harum regularum nulla asignari potest causa: qm̃ est axioma siue dignitas, vt illa, impossibile est idem simul esse & non esse. *Secunda lex. Causa legum.*

Quæcunq; uero in uniuersalibus non uniuersaliter, non semper altera quidem uera est, altera autẽ falsa. Simul enim uerum est dicere, quoniam est homo albus, & quoniam non est homo albus: & est homo pulcher, & non est homo pulcher. si enim turpis est, pulcher etiam non erit: & si fit, etiam non est. *Subcontrariæ pñt esse simul vere, non autẽ falsa.*

Cõm. 37. Quinta lex. Quinta regula est in subcontrarijs indefinitis, videlicet, subcontrariæ indefinitæ esse possunt simul veræ, nunquam aũt simul falsæ. simul. n. verũ est dicere: qm̃ est hõ albus, & qm̃ non est homo albus: & est hõ pulcher, & non est hõ pulcher. Probat hæc sic: hæc stant simul, est hõ pulcher, vt Italus, est hõ turpis, vt æthiops: sed turpis est non pulcher: igitur stabunt illæ simul, est hõ pulcher, vtpote pro italo: est homo non pulcher, pro turpi æthiope. Amplius si aliquid fit album, non est album: igitur stant simul hõ albus est, pro eo qui iam factus est albus: homo non albus est, pro eo qui fit albus. *Probatio.*

Sorticolarum probatio. Sorticolæ probant regulam ex singularibus. hic vel ille vel ille est albus: igitur hõ est albus: hic vel ille nõ est albus: igitur homo non est albus: quare hæ stabunt simul, homo est albus: homo non est albus.

Sed hoc alicui illico absurdum esse uidebitur, propterea ꝙ uidetur significare, non est homo albus simul, & quòd nullus homo albus est. At neq; idem significant, neq; simul sunt necessario ueræ.

Cõm. 38. Sed obijciet statim aliquis contradicta: quia hæ, hõ albus non est: & nullus hõ albus est, idem significare videntur? Respondet ꝙ neq; idem significant: neq; sunt simul necessario veræ. Quod non idem significent patet: quia vna vniuersaliter significat in toto, altera non vniuersaliter. Quod vero non sint necessario semper simul veræ, patet: quia stat hanc esse veram, homo albus nõ est: illam vero falsam, nullus homo albus est. In quibus potest colligi regula sexta subalternarũ, videlicet, ꝙ si vniuersalis sit vera, semper sibi subalterna est vera, contra autem esse potest subalterna vera, & subalternãs falsa. Sed circa præsentem lectionem soliti sumus dubitare. Primo, quia Arist. vult singulares oppositas esse cõtradictorias: vt Socrates albus est, Socrates albus non est: quod falsum esse videtur, qm̃ sola qualitate opponuntur: igitur non contradictoriæ. Secundo, quia tunc vni essent duę contradictorię: vt huic. est Socrates albus, cõtradicerent hæc, nullus homo albus est, Socrates albus non est. Tertio, quo modo differet indefinita, quæ ab Aristo. dicitur non vniuersalis, à particulari. *Regula in subalternis sexta.*

Ad primam dici potest. ꝙ in singularibus est verum contradicere: qm̃ contradictio est oppositio, cuius nõ est dare medium ꝑm se: vt patet intelligenti. Tunc dico in contradictione singularium sufficere oppositionem qualitatis tm̃. Sufficit. n. ꝙ quicquid vna affirmat alia negat. Ad secundum dico ꝙ prima contradictio est in singularibus. in alijs vero ratione singularium. Hæ. n. contradicunt: omnis homo albus est, non oĩs homo albus est: quia dicunt opposita circa vnum singulare. Reducuntur. n. ad vnum punctum indiuiduum. Et ita cõcedo vni esse duo contradictoria non ęque primo: huic enim. Socrates albus est, prima cõtradictoria est: Socrates albus non est. secunda illa, nullus homo albus est: quæ ideo illi contradicit, quia dicit oppositum circa idẽ numero. Ad tertiũ Ammonius prolixe loquitur: quæ breuibus expositor noster & clarius collegit: ego tamẽ breuioribus vtens, dico, ꝙ differt indefinita à particulari: quia subiectum indefinitæ est capax omnis quantitatis & per se subiectum particularis non nisi per accidens. *Solutio scđa. Solutio tertia.*

dens. Hæc.n.est per accidens vniuersalis, omnis aliquis homo albus est. Secundo, quia subiectum particularis determinatum est ad certam quantitatis speciem, subiectum vero indefinitæ capax est omnis quãtitatis. Propterea aoristica siue indefinita dicta est.

Vna negatio vnius est affirmationis. *Cõm. 39.*

Patet autem & quòd una negatio unius affirmationis sit.
Posuit Aristot. plures oppositionis species, quibus videbitur fortasse vni affirmationi plures negationes opponi: aut contra vni negationi plures affirmationes. Ad tollendum igitur cauillum hunc occurrit obiter declarando vni affirmationi negationem vnam, contra vero negationi vni affirmationem vnã opponi. Et hoc proponit dicens: patet autem & ꝙ vna negatio vnius affirmationis sit. contra vero vnius negationis quòd sit vna affirmatio.

Idem nãq; ut negatio neget oportet, quod affirmauit affirmatio ipsa & ab eodem: siue singulare sit illud, siue uniuersale quoddam, aut uniuersaliter, aut non uniuersaliter sumptum. Dico autem, ut est Socrates albus, non est Socrates albus.

Cõm. 40. *Syllogismus.*

Probat quod dixerat ratione primo: & syllogizat sic, Quicquid negat illud idem quod affirmatio affirmauit, est vna negatio vnius affirmationis: deinde scribit minorem dicens, idem nãq; vt negatio neget oportet quod affirmauit affirmatio ipsa, & ab eodem subiecto, siue singulare sit illud subiectum, siue vniuersale quoddam hoc aut vniuersaliter, aut non vniuersaliter sumatur. erit igitur conclusio, ꝙ vni affirmationi vna est negatio opposita cuius exemplum ponit: & patet.

Negatio ad hoc qui sit affirmationi opposita debet esse eiusdẽ subiecti & prædicari.

Quod si quoddam aliud ab eodem negauerit, aut ab alio idem, non erit illi opposita, sed ab ea diuersa. Huic itaq;, omnis homo albus est, contradicit illa, non omnis homo albus est. Huic uero, aliquis homo albus est, illa, nullus homo albus est: huic demum, est homo albus, illa, non est homo albus. Quod quidem igitur affirmatio una negationi uni cõtradictoriæ opponatur, & quæ sint hæ, dictum est: & quòd aliæ contrariæ sint, & quæ sint istæ, dictum est: & quòd non omnis uera uel falsa contradictio, & propter quid, & quando uera uel falsa, etiam dictum est.

Cõm. 41.

Dubitabis fortasse, si negatio prædicatum idem de subiecto alio neget ab eo, de quo idem prędicatum affirmatio affirmauit, est illi contradictoria. verbi causa, est Socrates albus, non est Plato albus: aut si neget aliud prædicatum de subiecto eodem de quo affirmatio affirmauit: vt dicendo. est Socrates albus, non est Socrates probus: sunt ne istæ contradictoriæ? Respondet dicens, ꝙ si quoddam aliud prædicatum ab eo subiecto negauerit negatio ipsa: aut ab alio subiecto negauerit idem prædicatum; quod affirmatio affirmauerit, non erit illi opposita contradictoriæ, sed ab ea diuersa: quam iuniores logici vocant impertinentem, siue dispe ratam. Hæ. n. vt contradicant debent esse de consimilibus subiectis atq; prædicatis. Deinde concludit multa exempla, & epilogat: & sermo patet translatione solũ.

Dubitatio.

Illud vero dubitatione dignum est: quia inter indefinitas videtur ponere contradictionem, vt inter has, homo albus est, homo albus non est.

Solutio.

Hoc vero soluas eas esse contradictorias quotiens subiectum sumitur pro eodem numero puncto, Pro diuersis autem suppositis sumendo, dicendum est vt supra.

Vna enuntiatio est quæ est vnius subiecti

Ea autem una est affirmatio, eaq; negatio una, quæ unum de uno significat, siue sit uniuersaliter uniuersale, siue non similiter. Veluti, omnis homo albus est, non omnis homo albus est: est homo albus, non est homo albus: nullus homo albus est, aliquis homo albus est: modo album unum significet. Quod si duobus nomen est unum positum, è quibus unum nõ constat, non est una affirmatio, neque una negatio. Veluti si equo & homini quispiam nomen tunica imposuerit: hæc oratio tunica est alba: non erit una affirmatio, neque una negatio.

& prædicati non solum secundum vocẽ, sed secundum significatum.

Cõm. 42.

Conueniunt omnes velle Aristot. declarare quæ sit enuntiatio vna, quæq; plures. Primo fortasse vt Ammonius sentit, quia prædixit vni affirmationi negationem vnam opponi: qua ratione euenit vt declaremus quæ sit affirmatio vna, quæúe negatio similiter vna. Secundo fortasse hoc declarat, quia ambiguum est an vniuersalis enuntiatio vna sit, cum multitudinem amplectatur. Propterea consentaneum est, videre, an cum illa vniuersalis enuntiationis multitudine stet vnitas: quæ res declarabitur si quæ sit vna affirmatio, quæúe vna negatio explicetur. Tertio vt Alexan. ait: quia in oppositionibus omnibus necessaria est vnitas enuntiationis, cum in æquiuocis non sit oppositio: ideo necesse est videre quę sit enuntiatio vna: quæúe plures: inquit {ea aũt vna est affirmatio eaq; negatio vna, quæ vnum prędicatum de vno subiecto enuntiando significat: siue tale subiectum sit vniuersaliter vniuersale, vt in vniuersali enuntiatione: siue non sit vniuersaliter vniuersale similiter, vt in cæteris non vniuersalibus. Cuius rei exempla ponit: quæ patent. addit tamẽ {modo album vnum significet} hoc ideo adiecit: quia expresserat per exẽpla in enuntiationibus vnis semper subiectum debere esse vnum. ne itaq; quis credat solam subiecti vnitatem sufficere, adiecit {modo album vnum significet} qua ratione declaratur ꝙ ad vnitatem enuntiationis necessaria est & subiecti & prædicati vnitas. Ex quibus quæ enuntiatio non vna sit, subiungit dicens: ꝙ si duobus nomen est vnum positum: è quibus vnum non constat non est vna affirmatio: nec etiam vna negatio: veluti si equo & homini quispiam nomen tunica imposuerit, hæc oratio, tunica est alba: non erit affirmatio. nec hęc alia, tunica est non alba. erit vna negatio: igitur enuntiatio non vna est, aut qñ vnum de pluribus: aut plura de vno, aut plura de pluribus etiam nominis vnitate seruata enuntiat. Addit {è quibus vnum non constet:} quia si significata vocis sint plura, ex his tamen constet vnũ aut numero aut ratione, adhuc enuntiatio erit vna. hæc enim vna est, Socrates est homo: quanquam Socrates significet aggregatum quoddã pluripers. Similiter hæc est vna, omnis homo albus est: quanquam plures homines sub illius subiecto comprehendantur: quoniã ex illis resultat vnum secundum rationem.

Terminus æquiuocus non constituit enuntiationem vnam.

Differt autẽ nihil hoc ab eo quod dicitur, est homo equus albus, hoc uero nihil differt ab eo quod dicitur, est homo albus: & est equus albus. Quod si hæ plura significent, & sint plures, patet & primam aut plura aut nihil significare. non est enim aliquis homo equus: quare nec in his necesse est alteram ueram, alteram falsam esse.

Cõm. 43.

Syllogizat quæ exẽplificauerat fere expositorie sic. homo est albus, equus est albus, plura significant: & sunt plures: hæc orõ, tunica est alba, est illæ duæ: ęquus albus est: homo albus est: igitur hæc oratio, tunica alba est, plura significat: & est plures. Inquit {differt autẽ nihil hoc} id est hæc oratio tunica est alba ab eo quod dicitur,

citur, est homo equus albus: hoc vero nihil differt ab eo quod dicitur est homo albus, & equus albus. hæc minoris vis. addit maiorẽ dicens, ꝙ si hæ plura significent: & sint plures, patet & primam aut plura aut nihil significare: plura quidem, si hõ equus plura sunt: nihil si equus sit homo, aut contra hõ equus: quod cũ sit falsum nihil erit. Propterea subdit nõ est.n. aliquis homo equus: nec contra aliquis equus homo. Ex is concludit propositæ digressionis fructum dicens: quare nec in is hoc est æquiuocis necesse est alteram veram, alteram falsam esse. Animaduersione dignum primo, ꝙ Arist. finxit exemplum: qm̃ in exemplis naturalibus posset esse dubitatio inter opiniones: vt igitur nihil dubij relinquat, iure finxit exemplum. Secundo animaduertendum, ꝙ finxit exemplum subiecti & non prædicati: vt innueret interdum solam subiecti multiplicitatem facere æquiuocam enuntiationem. Sed ambigere solitus sum primo: quia oratio hæc, tunica alba est: est plures incõiunctæ. Ille, hõ est albus: & equus est albus sunt plures coniunctione: igitur non sunt similes. Amplius hęc oratio, tunica est alba, põt esse in vno sensu tm̃, vt si tunica sumatur pro homine solo, qui sit albus: illa vero cum sit vna copulatiua ambas partes vult veras esse.

Tertio dubitaui vtrum subiecto existente æquiuoco solum, semper oratio sit æquiuoca. Ad prima duo dubia Aspasius: Alexan. Porphyrius: & Ammonius: quos Boetius & expositor sectantur: volunt illud esse intelligendum, quo ad vnitatem atq; multiplicitatem enuntiationis, non autem quo ad veritatem & falsitatem: vt rationes innuunt. Potest tamen melius {vt mihi videtur} dici. ꝙ illæ duæ orationes, hõ albus est, & equus albus est: debent legi inconiunctæ. Nam illa particula {&} quæ græce est καὶ, non copulatiuæ, sed vt sermonis continuatiua legi debet: & tunc dubitationes nullæ erunt. Ad tertium auctores in Metaphysicæ quarto commen. secundo velle videntur ꝙ si subiectum sit æquiuocum, prædicatum vero vniuocum: potest oratio interdum esse vniuoca, interdum æquiuoca. vniuoca quidem quando prædicatum sit accidẽs: veluti hæc, canis pulcher est: interdum vero æquiuoca, quotiens prædicatũ sit substantia: vt canis animal est. Res hæc an vera sit, in sophisticis omittatur: quæ cum non sit multum ad propositum. Hæc Auerrois solutio sufficit.

Quomodo contradictionis regula verificetur in futuris contingentibus.

Enũtiationum diuisio penes tempora.

IN is quidem igitur quæ sunt, & in his, quæ fuerunt, necesse est affirmationem aut negationem ueram uel falsam esse. In uniuersalibus quidem & ut uniuersaliter semper altera quidem ueram, alteram autem falsam necesse est esse: etiam in singularibus ut dictum est. In uniuersalibus autem non uniuersaliter, non necesse est. dictum autem est & de is.

Cõm 44

An textus istæ sit noui capituli initium, vt expositori nostro placet, vel sit finis præcedentis vti illius epilogus & glosa: vt Boetio videtur, certe ambiguum est: sed qm̃ siue sic, siue sic, veritas eadem est, videtur mihi ꝙ Aristo. enuntiationum talem innuat distinctionem: ꝙ quædam est de præsenti, quædam de præterito, quædã vero de futuro: & quælibet harũ est vniuersalis, aut singularis: & vniuersalis etiã alia est vniuersaliter, alia non vniuersaliter. Tunc vult, ꝙ leges dictæ superius ẽt habent locum in his, quæ sunt de præsenti: & in his, quæ sunt de præterito. In his.n. prima contradictionis lex siue in singularibus sit, siue in vniuersalibus vniuersaliter: semper locũ habet: qm̃ altera contradictionis pars vera, altera falsa est. Rursus & in his secunda lex subcõtrariarum vniuersalium non vniuersaliter ẽt locum habet: quoniam esse possunt ambę veræ: nunquam autem simul falsę. Alias credebam Aristoteles hanc enuntiationum diuisionem esse per inesse & necessario inesse & contingenter inesse: videtur enim enuntiatio de præsenti oratio de inesse, cum sit contingens posita in actu. Enuntiatio vero de præterito esse videtur necessaria: cum necessarium sit id quod semper fuit: quæ vero de futuro est, videtur contingens cum sit de inesse non posito in actu. Res hæc satis colorata videtur, verũ an sit ita, vel ne, dubium est. Aristo. enim non habet oculũ nisi ad enũtiationũ tempora: de materijs vero ipsarum in secundo huius explicabit: ideo nũc sit dictum in tm̃.

In singularibus uero atq; futuris non est similiter. Nam si omnis affirmatio uel negatio uera est aut falsa: & omne necesse est esse aut non esse.

Enuntiationes singulares de futuro appositæ cõtradictoriæ num ita se habeãt qui vnæ sit determinate vera, vel determinate falsa.

Cõm. 45.

Proponit disputare de lege contradictoriarum singularium de futuro, vbi animaduersione dignum, ꝙ enuntiationes vniuersales de futuro simili lege incedunt: sicut vniuersales de præsenti vel præterito. In is.n. quæ contradicunt in vniuersalibus vniuersaliter necessario altera est vera, altera falsa: vt omnis homo erit albus, non omnis homo erit albus. In vniuersalibus vero non vniuersaliter possunt esse simul veræ: non autem simul falsæ: vt homo erit albus: homo non erit albus. Restat igitur sola dubitatio in singularibus contradictorijs de futuro, vtrum de necessitate altera pars sit determinate vera, altera determinate falsa: vt Achilles bellũ geret, Achilles bellum non geret. Inquit Aristot. in singularibus vero atq; futuris non est similiter altera pars determinate vera, altera determinate falsa. Sunt qui ipsi textui volunt esse addendum verbum {cõtingentibus} vt sit sensus: in singularibus vero atq; futuris & contingentibus non est similiter altera pars vera determinate altera falsa. addunt {in contingentibus} quia illud non valet in necessarijs: determinate enim aut sol exorietur, aut non exorietur. Sed hæc additio non est necessaria: qm̃ Aristo. futurum vbiq; appellat id quod non est, & põt esse & non esse: tale autem est contingens. Hæc.n. homo curret. infert hanc: contingit hominem currere: igitur illa additio nulla est, cum satis per verba eius habeatur. Ad hoc probandum Aristo. facit enthimema dicens: nam si omnis affirmatio vel negatio in his vera est aut falsa: & pro igitur omne necesse est esse aut non esse, hoc est necesse est alteram partem esse determinate veram: alteram determinate falsam: hoc est enthimema è quo infertur deinceps omne aut esse necesse, aut necesse non esse: & ita erunt duæ naturæ tantum necesse esse, & impossibile esse: & non negabitur natura contingens. Propterea circa enthimema istud non parum laborandum erit.

Si enim hic quidem dixerit aliquid fore, alius autem illud idem non fore dixerit, alter ipsorum necessario uerum dicat perspicuum est, si omnis affirmatio negatio uera est aut falsa. in talibus enim simul ueræ ambæ non erunt.

Cõm. 46.

Credit expositor Aristo. deducere enthimema: motus fortasse propter illam particulam {enim} quæ videtur reddere causam eius quod dixit. Mihi autem non placet: qm̃ ea, quæ nunc dicit, nec remotæ nec propinquæ esse possunt præmissæ cõclusionis enthimematis.

videtur

videtur igitur mihi ꝙ Aristo. cum dederit enthimemat núc vim illius enthimematis mutat ad casum & exemplum: vt habeatur quod dixerat clarius: & syllogismus componitur sic: omnis affirmatio est aut vera, aut fasa: omnis qui dicit aliquid fore, vel non fore: affirmat vel negat: igitur oīs qui dicit aliquid fore vel nō fore, dicit verum vel falsum. de rōne primo tangit minorē in exēplo & inquit. Si. n. aliquis dixerit aliquid fore, Alius aūt illud idem non fore dixerit: hęc minor quasi incompleta, cui addit conclusionem, d. alter ipsorum necessario verum dicat {perspicuum est. } & quia hæc est vna hypothetica, quæ potest reduci syllogismū: subscribit maiorem. d. {Si oīs affirmatio vel negatio vera est aut falsa.} Vult igitur ex hoc habere maiorem talem. omnis affirmatio vel negatio vera vel falsa est. cui addas: sed oīs qui dicit aliquid fore vel nō fore, affirmat vel negat: igitur omnis, qui dicit aliquid fore, vel non fore, dicit verum vel falsum: probat maiorem, d. In talibus. n. simul ambæ veræ non erunt: ecce quo pacto Aristo. dictum enthimema resumpsit sub forma syllogistica: & per exemplum & casum, vt clarius esset.

Si affirmatio vel negatio est determinate vera vel falsa, erunt & sic de necessitate.

Nam si uerum est dicere hoc album, aut non album esse, necesse est album, aut nō album esse: & si est album uel non album, uerum erit affirmare uel negare: & si non est, mentitur: atque si mentitur, non est. Quare necesse est semper affirmationem aut negationem ueram esse, uel falsam.

Cōm. 47. Cauillabit fortasse quispiam maiorem: qm̄ affirmari potest aliquid & non esse ita in re verum sicut affirmatur. Nam mathematici ponūt casus affirmādo illos qui non sunt: vt dicunt trahatur linea à centro ad cœlum. vbi affirmatur lineam esse tractam: non tamen est verum ipsam esse in retractam: & ita non omnis affirmatio vel negatio est vera aut falsa: cum non omnis sit ita in re vel non ita. Cauillum hunc refellit. d. nam si verum est dicere hoc album, aut non album esse, necesse est album aut non album esse: & conuertitur, videlicet, ꝙ si est album vel non album, verum erit affirmare vel negare. Smiliter quo ad falsitatem: & inquit {& si non est verum album esse: mētitur} si dicatur album esse: & si mentitur per hoc quod dicit illud esse, id non est. Ex is concludit maiorē ipsam. d. quare necesse est semp affirmationem, aut negationem veram esse vel falsam: & ita habetur maioris veritas, & cauilli confutatio.

Nihil ergo aut est, aut fit à fortuna, neque quicquam ad utrunq; contingens: neq; erit aut non erit quicquam, sed omnia necessario euenient: nihilq; ad utrunq; contingens. nam aut is dicit uerum: qui affirmauit, aut is qui negauit. Similiter enim fieret aut non fieret. utrūlibet enim non magis sic uel non sic se habet aut habebit.

Cōm. 48. Nunc vltimo infert inconueniens sequens ad syllogismum dictum, vbi debes scire, ꝙ cōtingens est quoddam rarenter, quoddam plerunq; quod dici solet natum, quoddam ad vtrunque: tunc intendit declarare ꝙ nulla erit natura præter necessariam, si conclusio syllogismi vera sit: & inquit. {Nihil ergo aut est, aut fit à fortuna} & ita tolletur contingens raro. {neq; quicquam ad vtrūq; contingens} & ita tolletur contingens quod appellant infinitum. {neque erit aut non erit quicquam} & ita tolletur contingens plerunq; siue natum: quod est aut ad esse, aut ad non esse magis limitatum? sed omnia necessario eueniens: nihilq; ad vtrunque contingens erit: repetit quasi causam vnde hæc sequūtur dicens: nam aut is dicit verum qui affirmauit, aut is qui negauit: hoc est qui oppositum dixit: & ita similiter necessario alterum fieret vel non fieret: quare & demetur natura de inesse: quia vtrumlibet non magis sic vel nō sic se habet de inesse vel se habebit. de necessitate alterum est: & ita tolletur materia contingentium: & materia de inesse: & omnia erunt necessaria: aut necessario euenientia. Hæc sunt impossibilia sequentia ad conclusionem.

In singularibus de præsenti non necessario altera pars est vera, & altera falsa.

Adhuc autem si quid nunc est album, uerum erat dicere prius quod erit album: quare semper uerum erat dicere quolibet eorum quæ facta sunt ꝙ est aut erit, si semper uerum erat dicere quod est aut erit, non poterit illud non esse, aut non fore: at id quod non potest non fieri: impossibile est non fieri: quod autem impossibile est non fieri: necesse est fieri: uniuersa ergo futura necesse est fieri: nullum ergo est ad utrunq; contingens, neque à fortuna quicquam erit: nam si à fortuna ex necessitate.

Cōm. 49. Et Græci & latini conueniunt ꝙ Aristo. ad quæstionem propositam nunc ponat secundam rōnem: sed huic expositioni non assentio qm̄ neq; verba Arist. nec series illi conuenit. Ideo videtur mihi ꝙ cum Arist. argumentatus sit ad quæstionem in singularibus de futuris probando, ꝙ in illis non est altera pars contradictionis determinate vera, nunc disputat in singularibus de pręsenti: probans ꝙ nec in istis altera contradictionis pars sit determinate vera, altera determinate falsa: & arguit sic, cuilibet ꝓpositioni de præsenti correspondet aliqua de futuro: igitur si in singularibus de præsenti altera contradictionis pars sit determinate vera, altera determinate falsa: vt ꝙ Plato sit albus determinate: aut nō albus: tūc in singularibus de futuro is correspondentibus altera contradictionis pars erit determinate vera, altera determinate falsa: & ita fuit altera illarum vera, Plato erit albū, vel non erit album. Fuit altera illarum determinate vera: igitur semper fuit vera. Si semper vera fuit, non poterat non fore: non poterat non fore: igitur non poterat non fieri: quod non potest non fieri: impossibile est non fieri: quia non potest esse æquiualet de impossibile esse: & non potest non esse ad impossibile non esse: quod aūt impossibile est nō fieri, necesse est fieri. per regulam æquipollentiarum. Et ita vniuersa futura necessario erūt, inquit. {Adhuc autem si quid} nūc de præsenti est album: vt Plato vel Callias: verum erat dicere prius ꝙ erit album: & ita vult cuilibet de præsenti correspondisse aliquam de futuro: quare semper ante tempus pręsens verum erat dicere quolibet eorum quæ facta sunt ꝙ est aut erit, patet, quia oē futurum anteq̄ sit præsens: semper est futurum: & ita anteq̄ hæc sit vera Plato est albus: cum sit determinate vera per te, ab æterno fuit futurę veritatis: vltra arguit si semper verum erat dicere ꝙ est aut erit, non poterit illud non esse aut non fore: quia semper fore æquiualet ad impossibile vel non possibile non fore: & ita ad impossibile vel non possibile non fieri: vltra. at id quod non potest fieri, impossibile est non fieri: quia nō possibile & impossibile æquiualēti: vltra. quod autem impossibile est non fieri, necesse est fieri ab æquiualenti ad æquiualētem. negatio. n. postposita facit æquipolle re suo contrario. Ex is infert, vniuersa ergo futura necesse est fieri. Cum. n. quælibet singularis de præsenti sit determinate vera: aut falsa: & cuilibet de præsenti correspondet vna de futuro, quęlibet de futuro erit determinate vera aut falsa: & ita vniuersa futura necessario

Inferius in secundo.

fieri

fieri.tunc dat impossibile sequens ad hæc dicens, nullum ergo est ad vtrũq; cõtingens, neq; à fortuna quicq̃ erit: qm̃ si à fortuna aliquid erit, non oĩa ex necessitate erũt. Sic igitur si in singularibus de præsenti altera contradictionis pars esset determinate vera, omnia vt prius euenirent necessario, vt p̃ enthimemata à primo ad vltimum patet.

Contra Megaricos asserẽtes nullum futurũ esse verum determinate.

At uero neq; dicere potest aliquis neutrum esse uerum, ut neq; fore, neq; non fore. Primo nãq; cum affirmatio falsa erit, negatio uera non erit, & cum hæc sit falsa, contingit affirmationem non ueram esse.

Cõm. 50. Megarici negarunt potentiã, & omne possibile concedentes solum actum & præsentiam, & ita isti dicebãt neutrum futurorum esse verũ, cũ nullum sit futurum possibile esse præsens. Hos igitur Aristoteles refellit inferens affirmationem & negationem in his esse simul falsas simpliciter, quod pro nũc relinquit tanq̃ impossibile. & inquit. At vero neq; dicere põt aliquis neutrum esse verum, vt Megarici oppinantur negãtes potentiam & possibilia atq; futura: dicentes nihil neq; fore, neq; non fore. Primo nãq; cũ affirmatio falsa erit apud illos, negatio vera non erit: & ita ambæ simul falsæ: & cũ hæc, hoc est negatio sit falsa: contingit affirmationẽ non veram esse, & ita ambæ simul falsæ: contra naturam contradictionis.

Ad hæc etiam si quis uerum erit dicere aliquid simul esse album, & magnum, oportet utrunq; esse, etiam si erit uerum cras, oportebit esse cras: & si non erit, non erit cras, nõ utiq; erit contingens ad ntrũq; ut nauale bellum, oportebit enim neq; fieri nauale bellum, neq; non fieri.

Cõm. 51. Secundo contra eosdem arguit sic: si in futuris singularibus, ambe cõtradictionis partes simul sunt falsæ: igitur de præsenti aliquando erũt simul falsæ. tenet consequentia per locũ à contrario, qm̃ si aliqua de futuro sunt simul vera, etiam de præsenti oportet aliquando esse simul vera, etiam si aliqua sunt de futuro simul falsa, oportet vt de prẽsenti aliquando sint simul falsa. Et tota ratio fundatur in hac maxima, cuilibet ꝓpositioni de futuro tali correspondebit vna de præsenti talis: vt si de futuro vera, correspondebit aliquando aliqua de præsenti vera. si falsa, etiam & falsa: quare si de futuro apud Megaricos vtræque falsæ sunt, aliquando de p̃nti vtręq; falsæ erunt. Inquit ad hæc etiam si quia verum erit dicere aliquid simul esse album & magnũ, oportet vtrunq; esse de prẽsenti: etiam si erit verũ cras oportebit esse cras: & si non erit verũ cras, non erit cras: & ita cuilibet de futuro tali correspondebit vna de præsenti talis, ex hoc sequitur ꝙ non erit cõtingens ad vtrunq;: quia omne tale est de futuro, & nauale bellum non erit contingens ad vtrunq;, quia ex quo de futuro ambæ partes sunt falsæ, oportet de prẽsenti ambas falsas esse, & ita negabitur omne contingens ad vtrũq;.

Dubitatio. Sed dubitant, qm̃ hæc est vera de futuro, albũ erit nigrum, & tñ hęc, album est nigrum, nũq̃ est vel erit de præsenti vera.

Rñsio. Quicquid velint iuniores, dico, ꝙ hæc est de futuro vera. album erit nigrum pro subiecto, cui accidit albedo: vt patet per resolutorium syllogismũ: ideo sibi non correspondebit illa de p̃nti albũ est nigrũ, sed hæc hoc est nigrum, quæ aliquando de præsenti est vera.

Maxima. Ex regula Aristo. & modo probandi colligitur hæc maxima, propositionem esse falsam, conuertitur cum sua contradictoria. & si falsum est dicere, Socrates est, sequitur igitur Socrates non est, & si falsa est hæc propositio Plato est albus: sequitur, igitur Plato non est albus.

Ea igitur absurda, quæ contingunt, hæc sunt: & istiusmodi cætera. Siquidem necesse est cuiuslibet affirmationis atq; negationis inuicem oppositarum tam in uniuersalibus uniuersaliter quam in singularibus, alteram quidẽ esse ueram, alteram autem falsam esse. ut ꝙ in his, quæ fiunt, nihil sit ad utrunq;. Sed de necessitate sint, aut fiant cuncta, & ita nec consultare opus erit, nec res agendas aggredi, ueluti si hoc quidem fecerimus eueuiet hoc. Si uero illud non fecerimus non euenlet hoc.

Si omnia de necessitate euenirent omnis cõsultatio vana, & omnis prorsus libertas periret.

Cõm. 52. Quicquid velint expositores, Aristoteles (vt mihi videtur) epilogat absurda dicta addens alia. Absurda quidem sunt, ꝙ nihil fiat cõtingenter ad vtrunq;: & ꝙ cuncta necessario eueniãt, ea, quæ addit. duo sunt etiã vt ꝙ frustra sit cõsultatio, & ꝙ frustra sit aggredi res agẽdas: sicut cõsiliarij agũt qui hoc mõ agũt dicẽtes: si hoc agimus vt si munitiones arcibus cõmittimus, eueuiet hoc. si vero nõ facimus illud, modo eueniet hoc, i. nõ conseruabuntur arces. Animaduersione dignũ consultationes esse: partim à natura: partim ab arte. natura quidẽ quoniam homines inter animalia soli sunt consultiui. Animalium vero cæterorum nullum. arte vero, quia disciplina euadimus boni & mali consultores: tũc ex hoc arguitur. quod est à natura non est frustra: consultare vt diximus est à natura, igitur non frustra, & ita non erunt omnia necessaria. dicere enim consultationem non esse frustra, & euenire omnia necessario est implicare contradictionem.

Consultationes aliquãdo à natura, nõnũquã ab arte sunt.

Prohibet enim nihil etiam in annos usq; mille, hoc quidem fore aliquem dicere, illud uero non fore alium dicere, igitur necessario eueniet alterum eorum quod tunc dicere uerum erat.

Cõm 53. Videtur mihi ꝙ repetat absurda: & primo casu posito ꝙ aliquis affirmet aliquid venturum fere ad mille annos, alius dicat illud non venturum: & syllogismus componitur sic. In singularibus contingentibus affirmatio vel negatio est determinate vera necessario, sed dicere aliquid venturum ad mille annos, aliquid non venturum est affirmare & negare in singularibus contingentibus: igitur de necessitate alterum eorum eueniet, quod tunc dicere verum erat. De ratione tangit minorem. d. prohibet enim nihil etiam in annos vsq; mille: hoc quidem fore aliquem dicere, illud vero non fore alium dicere. Dat conclusionem dicens, igitur necessario eueniet eorum alterum: quod tunc dicere verum erat, quod vnum dictorum absurdorum. Hæc ratio deducta est à casu posito.

Etiam nihil refert si qui dixerint contradictionem ipsam, aut non dixerint. patet enim ita res ipsas sese habere, si non alter quicq̃ affirmauerit, alter negauerit: non enim quia affirmatio aut negatio dicta est, res ipsa erit, aut non erit, neque magis si in annos usq; mille q̃ quantouis tempore. Quare si in omni tempore sic se habebat, ut alterum fore uerum dicatur, necesse erat hoc fieri, & unumquodq; eorum quæ fiunt, sic semper se habere ut necessario fieret. nam si uere quis dixit aliquid fore, fieri non poterit ut non eueniat, & si euenerit semper ante uerum erat dicere ipsum fore.

Propter nostrũ affirmare vel negare in quacunq; differentia temporis nõ mutatur rerũ cursus.

Cõm 54. Eadem absurda deducit non supposito casu: accipit tamẽ duas suppositiones. Prima quo nihil differt quod ad rerum aut existentiam aut euentum si vnus affirmet aliquid fore alter neget illud fore: quia propter

 nostrum

nostrum affirmare vel negare non mutatur rerum cursus, ita vt sit aliquid vel non sit. Secunda suppositio. nō differt quo ad rerum euentū earum quæ nunc aguntur vtrum fuerint affirmatæ vel negatæ ante annos mille vel aliud quantum vis tempus: hoc est quicquid vēturum est in aliquo tempore futuro vt cras & determinate, in omni differentia temporis præteriti est determinate venturum pro cras: & non differt vt sit magis venturū pro mille ante annis: vel pro maiori tpe: & hoc inquit: neq; differt rerū euētus magis si in annos vsq; mille antea fuerit affirmatus, aut negatus, quā quāto vis tēpore. eadem.n. videtur rō si annis mille antea fuerit affirmatus aut negatus: & si centū solū antea. Hę sunt duę suppositiones. Tunc arguit: quare si omni tēpore præterito sic se habebat contradictio vt alterū fore verum dicatur ꝑ te qui ponis in his alterā contradictionis partē esse determinate veram, necesse erat hoc fieri: & vnūquodq; eorū quæ fiunt sic se habere semper vt necessario fieret: qm̄ ipsum fieri semꝑ & in oī dr̄ia tēmporis p̄teriti erat verū. Deducit consequentiā.d. nam per te si vere quis dixit aliqd fore, fieri non poterit vt illud non eueniat: contra ēt etsi euenerit: semꝑ ante verū erat dicere ipsum fore. *Rationis vis.* Est igitur vis rōnis, in omni dr̄ia tēporis præteriti erat vera altera pars contradictionis: & verū dicere alterū fore: igitur necessario erit: nam si non necessario erit, non semper fore in oī dr̄ia tēporis prçteriti verū fuisset: vel cathegorice: sic oē determinate venturū in aliquo tpe futuro qđ est determinate venturū antea pro oī dr̄ia tēporis præteriti: de necessitate eueniet siue quis affirmet aut neget illud euenire. hęc patet ex secunda suppōne. Sed oē venturum per aduersarios est determinate venturum antea in omni differentia temporis præteriti, igitur necessario eueniet: & ita patet idē absurdum sequi posito casu siue non posito casu.

Futurorum cōtingentium aliqua ratio. *Si itaq; hæc absurda sunt, illa impossibilia sunt, uidemus enim futurorum principium esse: tum ab eo quod consultamus: tum ab eo quod agimus.*

Cōm.55. Ea, quæ dixerat, declarat esse impossibilia: & primo proponit hoc: & inquit. {Si itaq;.} subaudi in græco absurda sunt: illa ēt subaudi impossibilia sunt: & hoc probat primo in singularibus contingentibus sic, ea oīa, quorum nos ipsi dn̄i & principia ex toto sumus, sunt cōtingentia, tangit minorem dicens, videmus enim futurorum principium esse tum ab eo quod consultamus, tum ab eo quod agimus. Igitur extrema contradictionis sunt in singularibus futuris penitus contingentia ad *Actionū spēs.* vtrunq;. Animaduersione dignū. ꝙ in nobis sunt tres actionum spēs, altera quæ spectat penitus ad eam animæ partem, quæ dicitur viuifica, ab alijs vegetatiua, vt nutritio: auctio: & generatio: & hæ pro maiori parte sunt necessariæ: & nutritio & auctio siue imminutio: quicquid sit generatio quæ non fit in nobis. Alia quæ spectat ad aīam sensibilem, vt appetitus, sensus, & motus: & hæ etiam pro pluribus partibus sunt necessariæ vt sensus: cum enim tangimur, necessario sentimus: & fortasse appetimus, licet possint ratione moderari: quæ vero spectant ad rationalem partem, hæ sunt penitus animæ rationali & nobis subditæ: & harum domini sumus omnino, & de his Aristoteles loquitur.

Et cum in his, quæ non semper actu sunt, sit omnino aliquid possibile esse & non esse, Similiter in is in quibus ambo & esse & non esse contingunt, fit etiam ut in illis sint fieri & non fieri.

Secundo idem persuadet in vniuersalibus de futuro. *Cōm.56.* vbi debes scire, ꝙ rerum quædam sunt quę omnino nō semper actu sunt, sed frequenter vt effectus naturales: quædam quæ ęqualiter sunt & non sunt vel rarenter sunt, vt fortuita: ideo accipit ꝙ tam in primis rebus quā in secundis est possibile esse & possibile non esse: & infert ꝙ propter hoc oportet vt in illis vtrisq; sit possibile fieri & non fieri: & syllogismus est, ea, in quibus est possibile esse & nō esse, est poīe fieri: & nō fieri hęc est maior. dat minorē dicens: & cū in his quæ nō semper actu sunt: sit omnino aliquid possibile esse & nō esse, vt sunt res naturales, quę plerunq; sunt. Similiter in his, in quibus ambo & esse & non esse contingunt, vt fortuita: hęc est minor. dat cōclusionē dicens: fit ēt vt in illis sint fieri & non fieri: & ita contingentia quæ describitur ꝑ possibile fieri & non fieri. Hæc est ratio Aristotelis.

Plura etiam nobis perspicua sunt sic se habere: ueluti uestimentum hoc scindi potest & non scindetur, sed prius conteretur. Potest etiam similiter non scindi: non enim posset ipsum prius conteri, nisi potuisset non incidi. Quare & in alijs futuris idem erit quæcunque secundum talem dicuntur potentiam. *Non omnia futura necessario eueniunt.*

Hic ponitur tertia ratio per exemplum: & pōt cōponi sic syllogismo expositorio: hoc, videlicet, vestē incidi est contingens, hoc est aliquod futurorum: igitur aliquod entiū futurorum nō necessario eueniet. Igitur ab æquiualente non oīa futura necessario eueniēt. Aut forte arguit exemplo per simile iudicium sic, vestem incidi est contingens: igitur in alijs futuris similiter inquit, plura ēt ꝑspicua sunt sic se hr̄e, vtpote vestimentū hoc scindi pōt: & nō scindetur: sed prius ꝑ tpa post cōteretur: igitur scindi pōt & si nō scindet. Sir̄ pōt ēt nō scindi: nō.n. posset ipsum prius ꝑ tpe post cōteri, nisi posset nō scindi: igitur pōt scindi: qa nō cōteri: & nō scindi, qa cōteri & ita scindi & nō scindi: quare vt in hoc vno ita ēt in alijs futuris erit idē quæcūq; ſm talē dicūtur potētiā. ecce quo mō syllogismus est ab vno exēplo simili ad cætera. Fecit enim hoc exemplum in confirmationē propter hebetes: quos exempla fortasse magis mouent quam rationes etiam demonstratiuæ. *Cōm.57.*

Perspicuum ergo non omnia necessario aut esse, aut fieri, sed alia quidem esse ad utrumlibet contingentia; de quibus non magis affirmatio quam negatio erit uera uel falsa. Alia uero talia esse ut ipsorum magis atq; frequentius alterum eueniat, modo quidem alterum fieri contingat, alterum uero minus.

Ex is rationibus concludit conclusionem & inquit *Cōm.58.* {perspicuum ergo nō oīa necessario aut esse, aut fieri} hæc cōclusio verū declarat quot modis esse poterunt contingentia: & enumerat duo contingentiū genera. est.n. quoddam cōtingens æquale, siue infinitum, quod pōt æqualiter esse & non esse. vt moueri Socratē est & cōtingens natum: quod si est aptum magis & frequentius euenire, dicitur contingens natum frequenter aut plerunq;, vt canescere in senectute. si vero minus aptū euenire, dicitur contingens rarum: & hæc est cōclusio textus. De his dicemus in scđo, inquit {Sed alia quidē esse ad vtrūlibet cōtingentia: de quibus nō magis affirmatio quam negatio erit vera vel falsa. Alia vero talia esse vt ipsorū magis & frequētius alterū vt affirmatio vel negatio eueniat: modo quidem alterū fieri cōtingat alterum *Solutio quæstionis primo ...*

rum minus} & iste sunt species cōtingentis. Per hæc habetur solutio ad quæstionē principalē. quærebatur enim, vtrū in propositionibus singularibus de futuro altera pars contradictionis sit determinate vera, altera determinata falsa. Solutio est, ꝙ in necessarijs de futuro altera est determinate vera, altera determinate falsa. Qm̄ sol orieť necessario & determinate, vel nō orietur. Similiter sol existens in leone necessario & determinate æstuabit, aut nō æstuabit. Itéq; sol existens in capricorno determinatæ hyemabit, aut nō hyemabit. In illis vero quæ de futuro sunt contingenti licet neutra cōtradictionis pars sit determinate vera, neutra determinatę falsa: tñ in illis de futuro contingenti plerūq; altera pars cōtradictionis est magis apta euenire q̄ altera: vt licet neutrā harū determinatæ eueniet hō in senectute canescet, aut nō canescet. Illa cōtradictionis pars videlicet canescet frequētius & aptius eueniet. In his vero quæ de contingenti sunt æquali: licet altera eueniet: neutra tñ determinate aut eueniet, aut frequētius vel aptius. Hęc est solo dubitationis. Similis solutio esse pōt in cōtingētibus de pñti. nā propositiones de futuro æquipollēt aut inferūt similes de pñti cum modo contingentis. vt cras erit nauale bellū, igitur contingit nauale bellū esse, vel nauale bellū erit, aut nauale bellū nō erit: igiť cōtingit nauale bellū esse vel nō esse. Et ita q̄cquid diciť in illis de futuro, vult esse intelligēdum in his de pñti in materia cōtingenti. Hæc Arist. de qōne.

Solutio.

Necessarium duplex simpliciter & ex suppositionem.

Id igitur quidem quod est quando est, necesse est esse, & id quod non est quando non est necesse est non esse: nō tamen aut omne quod est esse necesse est, aut omne quod non est non esse necesse est. Non enim idem est omne quod est necessario esse, cum est. & simpliciter necessario esse. Et de eo quod non est simili modo.

Cōm 59. Cū Aristoteles terminauerit illam qōnem, an in futuris contingentibus altera pars cōtradictionis sit determinate vera, altera determinate falsa solum quo ad partem negatiuā, videlicet, ꝙ non propter imposibilia enarrata: nūc vult declarare, an in illis sit aliquo modo necesitas. Et primo proponit quot modis dicatur necessarium, siue necessaria veritas: & vult ꝙ necessarium bifariā dicitur, simpliciter videlicet & ex suppositione siue conditione. Simpliciter quidē necessarium est: vt solē oriri, aut ipsum reddi in capricornū. Ex suppositione vero necessariū id esse quando est, aut id nō esse quando non est: vt Socrates currit quando currit. Aut Socrates non disputat quando non disputat, hoc enim est necessarium nō absolute, sed ex suppositione. Inquit, id igitur quidem quod est quando est, necesse est esse: vt Socrates quando currit, necessario currit. Et id quod est, quando non est, necesse est non esse, vt Socrates nō disputat quando non disputat. Et locutus est per terminos trāscendentes, vt eius sermo sit vniuersalior & oībus conueniens. Hoc est primū membrū deinde tāgens secundum inquit. nō tamen omne quod est absolute necesse est esse, aut omne quod non est, necesse est non esse. Nam Socratem currere absolute nō necesse est, nec absolute necesse est non currere, sed bene aut dum currit, aut dum non currit. Cuius causam subscribit, & inquit. Non enim idem est omne quod est necessario esse cum est, & simpliciter necessario esse, & de eo quod non est simili modo est dicendum. Nā nō est idem necessario nō esse cū non est, & necessario nō esse simpliciter. Sic igitur duplex est necessarium: ex suppositione, & simpliciter. Philoponus vero primo priorum auctoritate Alexandri & Sosigenis subdiuidit necessarium ex conditione, qm̄ potest esse, ant conditione cadēti in subiecto vt omne quod currit, necessario mouetur dum currit. Aut cadenti in prædicato vt Socra. sedet necessario dum sedet. Quam diuisionē Arist. in 2. huius vlterius examinabit. Nunc vero sit dictum in tantum.

Et in contradictione etiam ratio eadem est. Omne namq; esse, aut non esse necesse est, itemq; aut fore, aut non fore, nō tamen necesse est disiunctiue alterum fore. Ceu necesse est quidem cras nauale bellum fore, aut non fore, non tamen fore nauale bellum cras, necesse est, neq; rursus non fore. attamen fore aut non fore necesse est.

Præmissa distinctione verbi necessarij, nunc applicat illam ad rem. & declarat quo modo in enuntiationibus de futuro est necesitas: & vult ꝙ in illis de futuro reperitur necesitas simpliciter, quotiens fit vna cathegorica de altero extremorum disiuncto. verbi causa, necesse est cras nauale bellum fore, vel non fore disiunctim, videlicet tenendo extrema: quotiens vero fiunt plures cathegoricæ in vna disiunctiua: in illis nō potest esse necessariū. Non enim necesse est cras nauale bellum fore, aut necesse est cras nauale bellum non fore. Sunt enim hæ duæ cathegoricæ ambæ falsæ. Inquit: & {in contradictione} hoc est disiunctione facta inter contradictorias {ratio eadem etiam est} vt in illis dicatur necesitas. Omne nāq; esse aut non esse necesse est quo ad illas de pñti. Itemq; aut fore, aut nō fore disiunctim. s. tenendo illa: & ita cathegorica de extremo disiuncto necessaria est, & in illis de pñti: & in illis de futuro. non tamen necesse est disiunctiue & in hypothetica disiunctiua alterum fore. Exēplum ponit: & inquit. Ceu necesse est quidem cras nauale bellum fore, aut non fore. non tamen fore nauale bellum cras necesse est, neq; rursus non fore necesse est. Attamen fore aut non fore necesse est. Sed dices, quo modo est necessarium in illis ex conditione. Dicendum ꝙ in illis est necessarium ex conditione, dum videlicet futurum est: vt cras nauale bellum fore necesse est quādo est futurum: aut non fore quando non est futurum. Animaduersione tñ dignū ꝙ fortasse necesitas reperta in cathegorica de extremo disiuncto est necesitas non simpliciter, vt exposui, sed ex conditione: qm̄ necessarium alterum, si alterum necesse est esse. Absolute vero in illis nullatenus aliquid reperiť necessariū. & hoc est tutius dictum. Als vero dixi ꝙ illa, nauale bellum erit vel non erit, est necessaria simpliciter, qm̄ sua contradictoria, non nauale bellum erit vel non erit, esset simpliciter imposibilis. vt patet per æquiualentem, quæ est copulatiua facta ex partibus contradictorijs: vt nauale bellum erit: & nauale bellum nō erit, quæ est simpliciter imposibilis. tu vero considera.

Cōm. 60.

Dubitatio.

Solutio.

Notabile.

Quare cum orationes ita sint ueræ, ueluti res ipsæ, perspicuum similiter necessario se habere & in contradictione: quemadmodum sic se habent ea quæ ad utrunq; esse, aut fore contraria possunt: quod quidem contingit in his quæ non semper sunt, aut non semper non sunt. Harum enim rerum alteram contradictionis partem uerā, aut falsam esse necesse est non tamē hanc uel illā, sed utraq; contigerit. Fit etiā ut magis quidem uera sit altera, nō tamen uera iā aut falsa.

In contradictione contingentium futurorum est necesse alteram partem veram, alteram partē falsa esse disiunctiua, nō autem disiunctiuæ, siue determinatæ.

Hactenus de rebus ipsis, nunc ad orationes, quæ à rebus proficiscūtur sermonē cōuertit. Et breuibus vult ita esse in orationibus, veluti nunc dictum est in rebus. Cōm. 61.

At in rebus quo modo non sit necessitas absolute, & quo modo est dictum est. Igitur & in orationibus pari modo est dicendum. Inquit, quare cum orationes ita sint veræ, veluti res ipsæ: perspicuum similiter necessario se habere & in contradictione talium enuntiationum, quemadmodum sic se habent ea quæ ad vtrunq; esse, aut fore contraria possunt. Et declarat in quibus, & inquit, quod quidem contingit in his, quæ non semper sunt, aut non semper non sunt: qualia sunt contingentia, quæ sunt non necessaria: quæ semper sunt. Aut impossibilia quæ semper non sunt. harum enim rerum (vt diximus) alteram contradictionis partem veram, aut falsam esse necesse est: non tamen hanc vel illam disiunctiue, sed vtraq; contigerit disiūctim. Sed dices cum neutra sit necessario vera, est ne altera magis apta fieri vera: quam altera? Respondet fit etiam vt magis quidē vera sit altera: vt in contingentibus plerunq;: vt Socratem fore canum in senio: quam non fore. Non tamen vera iam determinate & necessario aut falsa determinate. Sic igitur patet in contradictione de futuris necessario alteram partem fore veram disiunctim, neutram autem disiunctiue aut determinate.

Quare patet non omnium affirmationum & negationū oppositarum: alterā necessario ueram esse: alterā falsam. Non enim quemadmodum in his quæ sunt, sic se habet & in ijs quæ non sunt quidem, esse uero aut non esse possunt, sed ueluti dictum est.

Cōm.62. Epilogat solutionē; & causam solutionis, & inquit. {quare patet non omnium affirmationum & negationum oppositarum alteram necessario veram esse, alteram falsam. Cuius causam epilogat dicens {Non enim quemadmodum in his quæ sunt: vt sunt illæ de inesse: aut necessario inesse: & de præsenti: sic se habet & in his quæ non sunt quidem: esse vero possunt. Vt sunt illæ de futuro. Sed veluti dictum est. Dictum est enim ꝙ necessario in illis de futuro disiūctim altera est vera, nō tñ necessario hæc vera, vel illa necessario falsa. Hinc forticolæ sumunt: cuilibet propōni de futuro veræ respondet aliqua de præsenti: quæ quandoq; erit vera: non tamen econtra cuilibet de præsenti respondet vna de futuro: quæ fuit aliquando determinate vera.

Quæstio de rerū contingētia. QVAERVNT Iuniores an quodlibet contingens necessario eueniat, & multis rationibus arguunt ꝙ sic. primo aliquod contingens necessario euenīet, igitur quodlibet: tenet consequētia: quia nō maior est rō de vno quam de oībus. Antecedens declaratur de aīa antichristi: qm̄ aīa antichristi aliqñ necessario erit. Igitur aīa antichristi necessario erit. Tenet cōsequētia ab inferiori ad suū superius. Antecedēs vero declaratur: qa post A. instans in quo erit: necessario erit: cū sit sempiterna.

Secunda. Scd̄o ad idem, tp̄s in quo aīa antichristi necessario erit: necessario erit. Igitur aīa antichristi necessario erit. Tenet consequentia. nam post. A. tempus aīa antichristi necessario erit. Et tempus post. A. necessario erit. Igitur & aīa ipsa necessario erit. Secundo principaliter arguitur, de necessitate oē futurū erit: quodlibet contingens est futurum. Igitur de necessitate oē contingens erit. Tenet syllogismus ex maiori de necessario & minori de inesse.

Tertia. Tertio accipio aliqđ cōtingēs. verbi cā. A. & signo oēs cās promouētes ad. A. p ipsum. B. & oēs impediētes ad. A. p ipsum. C. Et arguo, aut erūt ęque potētes: aut altera pollētior altera. Si ęque potentes: neutra pars erit: vel ambæ erūt. Si altera fortior: ea pars determinate erit.

Quarta. Quarto omne scitum à deo necesse est esse. sed omne contingens aut futurum est scitum à deo. Igitur omne contingens necesse est esse. Tenet syllogismus ex maiori de necessario & minori de inesse. Maior patet: quia scientia est necessariorum primo posteriorum. Minores oēs concedunt.

Quinta. Quinto vt sit illud futurum qđ aliqñ erit. A. tunc hæc propositio est vera. A. erit. Igitur ante instans in quo. A. ponetur inesse: fuit hæc vera. A. erit. sit hæc propositio. A. erit. B. tūc hæc est vera. B. fuit vera, sed omnis propositio de præterito est necessaria. igitur hæc propositio. B. fuit vera est necessaria. Sed. B. significat illam. A. erit. Igitur necessario. A. erit: & ita vt prius.

Sexta. Sexto sit aliquod futurum. A. & quæro vel id scitur à deo: vel non scitur. Non potest dici ꝙ non sciatur quia contra oēs. Si scitur: aut potest esse ꝙ. A. nō sit: aut non potest esse. Si non potest esse: igitur necessario erit per equipollentiam. Si pōt esse ꝙ non sit. Igitur contingit ipsum non fore. ponatur ꝙ non sit: cum omne possibile posit poni inesse. Igitur dei scientia est deceptio.

Septima. Septimo aliquod sciēs futura necessario erit, Igitur oīa necessario erunt. probatur: quia non potest esse sciens futura: nisi futura necessario erunt.

Octaua. Octauo lignū corrumpetur: igitur lignum erit. Antecedens est necessarium: igitur & consequens.

Nona. Nono cœlum necessario agit: & nullum agens hic pōt illius actionem impedire. igitur actiones necessario erunt. Prima pars patet. saltē apud Aristotelem. Secunda declaratur: qm̄ nulla causa pōt impedire actionem alterius: nisi sit aut tantæ potētiæ: aut maioris. Modo nihil hic inferius est maioris: aut tantæ potentiæ quantæ cœlum. Cum nec anima humana: qm̄ illa est in minori magnitudine quam aīa cœli.

Decima. Decimo speciatim arguūt de actionibus nostris. Qm̄ omne necessario agens in ea: quibus actiones nostræ mutantur: actiones necessario mutat. Sed cœlum necessario agit in complexionem: qua anima ipsa in agendo mutatur: vt in lib. Physionomiæ, & in primo de aīa dicitur. Igitur vt prius.

Vndecima. Vndecimo pollentior est virtus cœli: quam cuius vis rei naturalis. Sed aliqua virtus alicuius rei naturalis potest necessario animæ actiones mutare vt humor in morbis: & vinum in ebrijs. igitur & virtus cœli.

Duodecima. Vltimo suppono ꝙ cœli & stellarum motus: & lumina: & cōfigurationes sint propter nos. Hoc omnes asserunt. Secundo peto media in finem esse frustra: quotiens ijs positis: potest finis non esse: aut aliter esse. Tunc arguo, sit vna cœli constitutio quæ protendat Socratem esse impium: aut igitur necessario erit: aut potest non esse. Si primum: habetur propositum. Si secundum: tunc medium in illum finem erit frustra.

Positio stoicorum. In isto quæsito est multorum stoicorum positio: quæ ait omne contingens necessario fore. vnde in rebus duas statuunt naturas: necessariam videlicet & impossibilem, necessariam quidem: quia omne quod est: necessario est: & omne quod erit vel potest esse: necessario erit. Impossibilem vero: quia quod non est: impossibile est esse: & quod non erit: impossibile est fore.

Motiua stoicorum. Mouentur autem potissimum: quoniam omnia continentur in ordine secundarum causarum: quod fatum vocant, & hic ordo in prouidentia siue dei præscientia. Modo non vident quo nam modo cum fati necessitate: & dei prouidentia stare posset contingentia. Hinc concludunt finem esse stabilitum: & media in finem etiam. Propterea nos non consultamus: quia potest sic & bene finis euenire. Sed si bonus finis est constitutus in fato atq; prouidentia: bonam consultationem

Auctores: tationem præcedere necesse est: Huius positionis videntur multi astronomi, vt Hermes vetustissimus author: Neocepsus quoq; & Petosiris, & de nostris Maternus, atque Manilius, De exteris Albumasar, & plurimi Mauri, Setiriõ Possidonius, atq; Phrenicius. Huius quoque videtur & Cicero in libro de diuinatione. Lucius quoque Apulleius Hermetis sectator in his quæ scribit de natura deorum. Seneca in tragedijs. Ouidius. Tu sola dicens insuperabile fatum nata mouere potes. Maro. Manent immota tuorum fata tibi. & in sexto. Desine fata deum flecti sperare præcando. Huius preterea positionis plurimi philosophi fuere: vt Democritus: Heraclitus: Empedocles: & multi epicureorum. *Scda positio.* Plato vero in Thimeo ait: nihil esse vel fore necessarium: nisi deũ. Nam cum omnia dependeant à diuina voluntate: & illa sit penitus libere & contingenter agens: etiam omnia ab illa penitus contingenter proficiscuntur. Huius positionis sunt nostri theologi: & in illa omnis sana concordat positio. Dicimus enim esse in rebus simpliciter necessarium deum solum. Cætera esse absolute contingentia: esse tamen quedam necessaria ex suppositione: non negamus. *Tertia positio.* Alij quasi inter hæc mediantes distinguunt. nam effectus quidam sunt quorum causæ totales atque principales sunt corpora cœlestia: vt ortus syderum: decursus stellarum per. 12. signa: configurationes eclipses: & id genus: & hos effectus necessario euenire autumant. Alij sunt effectus: ad quos stellę non principaliter concurrunt: sed dispositiue. & hi non vna ratione sunt: quia ad alios principaliter concurrit natura: vt motus elementorum: stirpium & animalium: & id genus. & huiusmodi etiam necessario eueniunt. Ad alios vero concurrit voluntas: vt actiones nostræ: & ad harum euentum concurrunt cœli afficiendo atque disponendo. Sed cum nos simus illorum domini: tandem contingenter è nobis proficiscuntur. Et breuiter aiunt quòd rebus existentibus: & ad imaginationem ablata omni voluntate & humana & diuina: omnes euentus necessario aguntur atque fient. Huius sententiæ Crisippus tarsensis cleontis auditor in libro de Fato: quem ætate. 80. annorum scripserat esse videtur. *Positio peripatheticorum.* Peripathetici vero naturam rerum in tres diuisere. Nam aliam dicunt necessariam vt cœlestium & diuinorum: & eorum omnium quæ materiæ & contrarij sunt expertia. Aliam impossibilem: veluti eorum quæ non sunt: nec in viribus continentur causarum: vt Hipocentauri, & id genus. Aliam vero contingentem inter hæc mediam: quæ si æqualis sit ad vtrunq; contingens reddit infinitum: si ad alterum magis apta: contingens facit natum. Horũ contingentium duæ sunt causæ: materia videlicet ipsa: quæ est causa vniuersalis omnium contingentium. Atque voluntas humana saltem actionum nostrarum per se: multorum aliorum per accidens. Nam licet actiones animalium & rerum naturalium sint determinate cum proficiscantur à natura illorum: vt vero subduntur humanæ voluntati contingentiam subeunt. Qua ratione fit vt sublata voluntate nostra & dei: adhuc in rebus potest esse contingentia quæ proficiscitur à materia. Nam licet vnumquodq; in sui actionem sit limitatum: tamen propter concursum plurium causarũ adhuc põt euentus contingens esse. *Difficultas.* Ea vero quę peripatheticis q̃onem maximam faciunt: sunt duo. Primũ q̃uo cum rerum contingentia stat prouidentia diuina. Cum illa sit non nisi necessariorum. Secundo q̃uo stare põt cum necessaria cœli causalitate. *Auer. positio* Ad quæ Auerroes in multis locis respõdens. Primum euitare enititur per hæc ꝙ deus prouidentiam rerum non habet particularem: cum cognitio particularium sit extra sciẽtiam & doctrinam. Sed rerum prouidentiam habet vniuersalẽ aliqua ex parte: sub quo sane modo necessitatẽ habent. Scd̃m vero euitat q̃m cœlum solum causam vniuersalẽ per sui lumen & motum rerum dicit. Nam res ipsæ suis à proximis causis proficiscuntur è cœlo vti ab vniuersali causa. *Confutatio.* Sed hæc quæ dicit sunt confutata à nobis in multis locis libri destructio destructionum. Et arguitur nunc. deus est causa entis vt ens. igitur omnium modorum entis: sed modi entis sunt necessarium & cõtingens: vt quinto meta. habetur. Igitur causa entis cõtingentis: & necessarij. Igitur cum dei causalitate stat contingentia. Quo vero ad cœlestem causalitatem arguo. Nam aĩa quæ nulli corporeæ impressioni subditur põt disponi ad contrarium: & non sequi naturam illius dispõnis. modo rõnalis anima nulli impressioni corporeæ subditur. Igitur potest disponi à cœlo: & illius dispõnis eligere contrarium. Qua rõne cum causalitate cœli stat contingentia actionum nostrarum. Hinc patet ꝙ triplex sit natura videlicet necessaria: quædam penitus contingens: quędam impossibilis: propõnes necessariæ, in natura sunt necessaria: velut de necessitate sol exoritur. propositiones contingentes sunt in natura cõtingenti: quæ si exierint ad actum: propõnes erunt de inesse, si non exierint ad actũ: sunt de contingenti. Propõnes vero impossibiles in natura sunt de impossibili. Huius põnis fuit Ptolomeus oĩum mathematicorũ princeps in prohemio librorũ apotelesmatũ: vbi pluribus rõnibus probat fatum: qđ in stellarum cõstitutionibus consistit: rebus non necessitatem imponit. Sed afficit ad alteram contingentis partem. Tunc ad rõnes. Ad primam sorticolæ tenent aĩam antichristi post. A. instãs adhuc contingenter esse. Nã qđ semel est contingens: semper est contingens: perpetuari tñ eam fatentur volũtate diuina: vt Plato ẽt in Thimeo ait. Alij peripathetici tenent aĩam antichristi post. A. necessario esse: & ita cõcedunt aĩam antichr̃i aliq̃n necessario esse; nõ tñ valet. igitur necessario erit. Cũ arguatur. A. ꝫm quid ad simpliciter. Vlterius ad ꝫm cõcedunt, sorticolæ tp̃s in quo erit aĩa antichristi necessario aliq̃n fore: non tñ aĩam antichristi fore necessario: q̃m in illo tp̃e q̃ncunq; erit: aĩa illa cõtingẽter erit. Ad scd̃am principalẽ r̃ndet Auer. & etiam Ioã. Grãmaticus primo Priorum ꝙ ex maiori de necessario & minori de inesse. conclusio fit de necessario conditionato: q̃uo concedo ꝙ oẽ cõtingens erit necessario inquãtũ futurũ: veluti valet de necessario. oẽ currẽs mouetur. Socr. currit. igitur de necessario Socr. mouet̃ inquantũ currit. Hęc res satis disputata est ĩ lib. Priorũ. Ad tertiã r̃ndẽt sorticolæ casum esse impoĩem: q̃m non p̃nt accipi oĩa quæ p̃nt impedire: nec oĩa q̃ p̃nt ꝓmouere ad aliquod fore: cũ illa sint infinita. Ad quartã dicendũ vt ad scd̃am: erit. n. conclusio de necessitate conditionata, videlicet, ꝙ oĩa futura necessario erũt vt p̃scita q̃ absolute nõ necessario erũt. Ad quintã dici põt ꝙ oĩs de præterito est necessaria: cuius veritas non dependet à futuro: vt est in proposito. Ad sextam sorticolę concedunt prædestinatum posse damnari. Non tñ posse prædestinatum damnari. Nam prima est in sensu diuiso: quæ non debet poni inesse. Secunda vero de sensu cõposito: q̃ reqrit veritatẽ momẽtariã. Theologi cõcedũt p̃destinatũ posse dãnari & q̃n dr̃ ponat̃ iesse: nõ admittunt:

admittunt:quia repugnat posito. Positũ enim est fuisse prædestinatum:cui repugnat ipsum damnari. Non enim captiunculatores aiunt omne possibile est aut admittendum: aut concedendum, Sed solum cum non repugnat posito. Alij peripathetice magis aiunt omne possibile per se debere & posse poni inesse: per accidẽs tamen nonnunquam poni non potest: veluti in casu, vbi præcessit obligatio illius oppositi. Algaçel vero maximus inter Arabes melius satisfacit & ad rem:asserit enim deum prouidere & præscire cuncta ventura. sed sua scientia est talis vt non rebus necessitatem ponat. Nam vt deus scitur quid non est; ita scitur quomodo non scit nos. scitur enim ꝙ deus non scit nos: modo quo scimus res: nam scientia nostra est ex necessarijs:& de necessarijs. scitur autem ꝙ scientia dei non est modo nostro. Sed quomodo sit, est nobis ignotum:& per cõsequens ignotum nobis est quo modo cum dei præscientia stat euentuum contingentia. Tunc ad punctum dico ꝙ deus præsciuit quicquid erit de Socrate: & tamen non sequitur ꝙ necessario omne illud erit. modus vero quo illud fieri potest est nobis ignotus. Sed dices scientia dei est perfectior, igitur magis ex necessarijs & de necessarijs. negatur consequentia: quoniam scientia quæ est necessariorum & contingentium est amplior & perfectior:cum sit multorum quam illa quę est necessariorum tantum. Sic igitur secundum virum istum asserendum est deum præscire cuncta:modus vero quo est ignotus. Et si adhuc cauillabis deus præscit Socratem beãdum: aut igitur Socra. potest damnari aut non. dico ꝙ potest damnari:& potest non damnari. Et cum dicitur ponatur inesse. volo esse positum:nõ tamen sequitur. igitur scientia dei est deceptio: quoniã illa præscientia fuit cum vtroq;. Esset enim deceptio si fuisset alterius tantum. Modus vero quo illa præscientia sit vtriusq;: & alterius est vltra captum humanum.

Tutius est sic credere, quam altum sapere.

Ad septimum concedunt sorticolæ aliquod ens sciens futura necessario esse & fore:accipiendo ipsum formaliter:non tamen inquantum scit futura. Ad octauum concedunt aliquod esse necessario corruptibile: quod necessario non erit vt antichristus:qui nunc contingenter erit:& tamen necessario erit corruptibile:nec repugnant. Ad nonam dicendum ꝙ anima potest impedire actionem cœli: non quia sit maioris virtutis: neque equalis: sed quia illi improportionata. Ad decimum dico quòd cœlum potest dupliciter agere in hominẽ. vno modo ipso adhuc permanente debito instrumento pro actionibus suis:& ita cœlum nõ agere potest in homine nisi contingenter. alio modo destruendo instrumenta pro actionibus: & ita non est priuare arbitrium: sed corrumpere instrumentum agendi. Per idem patet ad vndecimum. Ad duodecimum solutio patet:sunt enim stellæ motus: & configurationes propter nos fine secundario: nec inconuenit illam esse frustra respectu finis duplici. Cum tamẽ sint adhuc propter finem primum. Propterea multæ sunt actiones quæ euitari non possunt vt generatio & corruptio,& propterea non sunt frustra. Qua ratione patet cũ cœli causalitate: & dei præscientia posse stare euentuum cõtingentiam: quã Auer. ignorauit.

Primi de interpretatione Finis.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE
LIBER SECVNDVS.
Augustino Nipho interprete, & expositore.

De varijs infinitis enũciationibus, & earum oppositionibus ac sequelis: nomina item ac verba transposita, idem significare. CAP. I.



Qualibet enuntiatio siue affirmatiua siue negatiua est ex nomine verbo finito, vel infinito composita.

VONIAM *autẽ affirmatio est enũtiatio aliquid de aliquo significãs, hoc autẽ est aut nomen, aut noĩe uacans: unũ uero et de uno id in affirmatione esse oportet. Dictũq; est antea qdnã sit & ipsum nomen, & quid etiã noĩe uacãs. (Ipsum.n.non hõ nomẽ quidẽ nõ dico, sed indefinitũ nomen. Vnũ.n.quodãmõ indefinitũ nomẽ significare uidetur: quẽadmodũ & nõ ualet nõ uerbũ) sed indefinitũ uerbũ appello. Erit igitur affirmatio oĩs atq; negatio aut ex noĩe & uerbo, aut ex indefinito noĩe & uerbo.*


Cõm. 1.

Expositores latini oẽs hic scd'm de interpretatione librum constituunt. In quo expositor Thomas Arist. de enũtiatione agere asserit: quatenus per aliquid sibi additum determinatur. Nã in primo de enuntiatione absolute actum est. Alij volunt. Aristo. de æquiualentia & conuersione & consequentia enuntiationũ pertractare. Sed quicquid sit de intentione libri: in græcis codicibus hic non librum secundum constitutum adinueni. Nam Arist. hunc librum non per partiales libros diuisit, sed per particulas:in quarum qualibet propriã adiecit intentionem. Nos vero & more latinorum per libros:& more Arist. per particulas ipsum diuidemus qñ occurrit. Arist. igitur hac in parte talem præponit conclusionem. oĩs affirmatio aut negatio ex nomine constat & verbo siue finitis siue infinitis. Et ita verba litteræ ad vnum syllm̃ sic resoluuntur: oĩs enuntiatio aliqd de aliquo significans: ex nomine constat & verbo finitis vel infinitis, oĩs affirmatio vel negatio est enuntiatio significans aliquid de aliquo. Igitur oĩs affirmatio vel negatio ex noĩe cõstat & verbo finitis vel infinitis. Huius sylli primo sumpsit minorem dicens: qm̃ aũt affirmatio est enuntiatio aliquid de aliquo significans. hæc est minor: quæ suspensiue legi debet vsq; ibi {Erit igitur affirmatio.} Maior vero ex descriptione enuntiationis supposita est. Aiaduersione tñ dignum non nunquam propõnes accipi in orone necessaria inutiles quidem ad sylm̃, ad aliquid tñ commodas vt ad ꝓ syllm̃: aut ad occultatione: vt inquit Philoponus. non nunquã ad terminorum expõnem, qui in syllo aut prosyllo ponuntur. Interdum vero ad ornatum vt rhetores agunt. aliqñ ad cauillos fieri possibiles, & ꝑ p alias causas. Aris. igitur in his quæ hic ait multa accepit inutilia & ad syllogismũ & prosylm̃: sunt tñ addita vt termini maioris & minoris necnon conclusionis intelligantur. Propterea declarans quid per aliquid de aliquo dicere velit: quod in maiori & minori accepit. quidúe per nomen & verbum finitum & indefinitum intelligat in conclusione. Inquit, hoc autẽ id est id, quod de aliquo dicitur. est aut nomen: aut noĩe vacans: quod græce est anonymon. Tale vero siue nomẽ siue anonymõ esse oportet vnũ de vno tam in affirmatione quã negatione: subaudi si enuntiationis vnitas sit saluanda. Et quasi sese excusans, inquit. dictũq; est antea quid nã sit ipsum nomẽ: quidq; anonymõ: quod in exẽplo repetit dicẽs. Ipsum enim

enim non homo nomen quidem non dico:sed aoriston hoc est indefinitum: siue infinitum:siue interminatum. Sed quia dixit id quod dicitur de alio:& id de quo aliud dicitur debere esse vnũ:hoc quasi exponit dicens: vnũ enim non simplr: sed quodammõ quo ad vnitatem significatus indefinitum nomen significare vr. Silr autẽ & non valet non verbum:sed indefinitum verbum appello. Hæc sunt præmissa ad terminorũ expõnẽ: qui in syllo sunt:quibus addit sylli conclusionẽ.& inquit. Erit igitur affirmatio oĩs:atq; negatio:aut ex nomine & verbo:aut ex indefinito nomine & verbo. Hæc ẽ cõclusio.

Non solum sed ex verbo constare enuntiationem docet.

Absq; autem uerbo nulla est affirmatio, atq; negatio ulla. Ipsum enim est, aut erat, aut erit, aut fit: atq; alia id genus uerba ex numero sunt eorum quæ dicta sunt. consignificant enim tempus. Quare prima affirmatio atq; negatio erit, est homo, non est homo. Deinceps est non homo, non est non homo. Rursus est omnis homo, non est omnis homo. Est omnis non homo, non est omnis non homo: Et in temporibus quæ extrinsecus sunt, eadem est ratio.



Cõm. 2. Quia enuntiationem constare ex nomine nemo dubitat, cũ nomen sit enuntiationis principalissima pars: è qua & verbum & enuntiatio ipsa fere tota proficiscitur. ad denotandum verbum ad enuntiationem nõ minus necessarium esse:ait{Absq; aũt verbo nulla est affirmatio atq; negatio vlla.} Insup ne quis credat illud solũ de verbo præsenti esse intelligendũ, ad cætera tpa animaduertens, inqt. Ipsum .n. est de pñti:aut erat siue fuit de præterito: aut erit de futuro: aut fit in contingentibus atq; alia id genus verba similiũ tẽporum, aut personarũ ex numero sunt eorũ quæ dicta sunt in li. primo esse necessaria enuntiationi. Quia dixerat enũtiationes fieri ex noĩe & verbo:& ex anonymo & verbo vacãte: qs inter has sit ordo in oppõnibus subscribit: & inquit. quare(vt vno verbo vtar) enuntiationes de verbo & nomine: priores sunt eis quæ sunt de anonymo & verbo vacãte. Sunt .n. illæ simpliciores. hæ vero per additionẽ dictæ. Et quæ dicit patent. Debes scire ꝙ subticuit exẽpla in particularibus & singularibus. In particularibus quidẽ: qm̃ hæ cum indefinitis coincidunt in virtute. In singularibus vero:qm̃ p quantitates non variãtur. Rursus prætermisit exẽpla in enuntiationibus de prædicatis noĩbus vel anonymis:& de subiectis & prędicatis simul noĩbus & anonymis:quia iudiciũ est idẽ. Amplius exẽpla tacuit cęterorũ tẽporũ:quia vt inquit ipse rõ eadem est in omnibus. Ambigunt expositores quanta sit indefinita de subiecto aoristato siue indefinito, vt nõ homo est. Antiqui peripathetici opinabantur illam & cęteras id genus vniuersales esse affirmationes. Quorum erat potissima ratio: quia contraria contrarios effectus derelinquunt circa idem: sed finitudo nomini finito addita: vt in illa, homo est. ponit pro certo constitutoq; supposito determinationem. igitur infinitudo nomini addita derelinquet infinita supposita. Aristot. autem in exemplo præsentis textus contrarium sentit: vt aperte patet: ideo secundum Philoponum in prioribus dici potest ꝙ relinquere infinita potest esse sub indifferentia: vel(vt sorticolę dicunt)sub disiunctione:& hoc modo nõ facit ad vniuersalitatem. Alio modo sub illatione: vt sorticolæ aiunt sub copulatione:& hoc modo ad vniuersalitatem facit, Primo modo infinitudo illa in nomine ipso aoristato relinquitur,& non secundo modo:& ita non vniuersalem, sed indefinitam adhuc illa enuntiatio vim detinet.

PARTICVLA TERTIA.

In enuntiationibus tertij, adiacentis non solũ oppositio est verbi affirmari & negari, sed nominis finiti, & infiniti.

QVum autem ipsum est tertium adiacens prædicatur dupliciter iam oppositiones dicuntur. Dico autem ut est iustus homo: ipsum est tertium adiacere dico nomen aut uerbum in affirmatione.

Cõm. 3. Docuit multiplicare enuntiationes de secundo adiacente solum per vnam oppositionem: nunc docet multiplicare enuntiationes de tertio. Exponit tamen primo quid sit propositio siue enuntiatio de tertio. Quam Auerroes trinariam vocat. & inquit{Cum autẽ ipsum est tertium adiacens prædicatur, dupliciter iam oppositiones dicuntur:}hoc est duæ esse possunt oppositiones:altera quidem penes verbi affirmationem & negationem: altera penes prædicati finitudinem & infinitudinem. Exponit quod dixerat per exemplũ & inquit. dico autem vt est iustus homo. ipsum est tertium adiacere dico nomẽ, id est, tertiam dictionem aut verbum: vt, est secundum veritatem. Debes scire primo ꝙ in enuntiationibus de secundo adiacente: attenditur vna oppositio penes verbi affirmationem: & negationem vt est homo: non est homo. Hæ enim vna oppositione opponuntur, videlicet, qualitate verbi. In enuntiationibus vero de tertio possunt fieri duæ oppositiones: vna penes verbi qualitatem: altera penes prædicati finitudinem & infinitudinem. vnde in his: est iustus homo:non est non iustus homo. duæ oppositiones sunt: vna ad ipsum verbum:altera ad prædicatum. Secundo debes scire ꝙ ipsum est adiacet tertium nomen: aut verbum in enuntiatione: quoniam potest accipi vt dictio: & tunc ipsum est vt dictio tertia adiacet: potest accipi vt verbum vt est secundum veritatem: & ipsum est tertium verbum dicetur adiacere. Tertio debes scire quòd more græco semper ponitur verbum primo loco: deinde prædicatum, demum subiectum: vt est iustus homo. verbum est ipsum est, prædicatum ipsum iustus, subiectum vero ipsum homo. Hoc autem græci faciunt: quia præcipuum prædicatum est verbum. ideo primo in loco statuunt. Prædicatum est ante subiectum, ideo secundo loco. Alij melius etiam dicunt quòd ipsum est primo ponitur loco:quia est capax oĩs determinationis, scđo ponitur prædicatũ:quod est minus verbo determinationis capax: & magis ipso subiecto. Vltimo subiectũ tanq̃ summe determinatum.


Quare ob id ipsum quatuor erunt hæc.

Com. Concludit enuntiationum multiplicationem, & inquit{Quare ob id ipsum quatuor erunt hæc. Nam cum sint duæ oppositiones: quælibet oppõ ad minus duas requirit. igitur si primæ erunt duæ: hæc erunt quatuor. Sed dices quid demonstrat illud verbum illa: cum ait quatuor erunt illa. Videtur.n.ꝙ non sunt nisi duæ: nam hæ duæ sunt, est iustus.hõ non est non iustus homo: quę tñ duplici opponuntur oppõne. igitur non quæcunq; opponuntur duplici oppositione: sunt quatuor. Scđo dices ꝙ erunt sex: duæ oppositione verbi: duæ oppositione subiecti per finitum & infinitũ: duæ oppõne prędicati silr: vt est iustus hõ. non est iustus hõ. Item oppositione subiecti: vt est iustus hõ. non est iustus non hõ. Oppõne vero prędicati vt est iustus hõ. non est non iustus non hõ. Ad primum dici põt ꝙ illud verbum illa siue hæc: demonstrat quatuor enuntiationes: quæ seorsum opponuntur: vt illas est iustus hõ, nõ est iustus hõ. est non iustus hõ, non est non iustus hõ. Ad secundam dico ꝙ Arist. non habet considerationem ad subiectũ: sed solum ad prædicatum, videlicet, formale quod est verbum est: & materiale quod est oppositum verbi: ideo multiplicauit quatuor tantum.

Harum quidem duæ ad affirmationem & negationem se habent secundum consequentiam: ut priuationes. Aliæ uero minime.


Com. 5. Circa expositionẽ huius loci non paruæ extitere expõnes apud græcos. Aliter enim hunc locum Ammonius: aliter Herminius, aliter Porphyrius intelligit. Ego vero faciliorem sensum colligens: non aliter exponam hunc locum quam sese Aristo. interpretetur in fine primi priorum. Primo igitur debes scire, ꝙ terminorum quidam opponuntur priuatiue, vt iustum iniustum: ęquale inęquale: probum improbum: doctum indoctum: & id genus. In his quatuor per oppõnem eriguntur enuntiationes. Prima est affirmatiua recta, est ęquale. huic negatio recta est illa, non est æquale. Tertia est affirmatio transposita est inęquale, Huic opposita negatio est illa: non est inæquale.

Figura priuationum.



In his est talis ordo vt negatio recta ad affirmationem transpositam sequatur. nam ad esse inæquale: sequitur non esse æquale. Et negatio transposita ad affirmationem rectam: similiter sequitur vt ad esse æquale sequatur non esse inæquale. Sic igitur harum quatuor negationes sequuntur. Affirmationes vero minime. Vlterius debes scire ꝙ etiam sunt termini qui opponũtur infinitiue vt iustum: non iustum, æquale: non æquale, bonum & non bonum: & id genus. In ijs etiã quatuor aliæ fiunt similes priuationibus: affirmatio quidẽ recta est vt est iustum: huic negatio opposita erit, non est iustum. Affirmatio transposita est non iustum: huic negatio opposita erit, non est non iustum.

Figura infinitæ oppositarum.



Harum quidem negationes sequuntur ad affirmationes vt dictum est in priuationibus modo transposito, videlicet, ad affirmationem rectam, sequitur negatio transposita, vt est iustum. Igitur nõ est non iustum. Et ad affirmationem transpositam negatio recta: vt est non iustum. igitur non est iustum. Econtra vero minime. Inquit, harum quatuor quæ dictæ sunt: duæ ad affirmationem & negationem se habent ẜm consequentiam, vt priuationes. hoc est illarum quatuor in finitiuę oppositarum: duæ sequuntur vt negationes ad affirmationes modo transposito: vt diximus in his quæ priuatione opponuntur: duę vero vt affirmationes minime sequuntur ad negationes: quemadmodum nec in priuatione oppositis. Quasi velit dicere ꝙ ad affirmationẽ rectam se habet ita negatio transposita vt sequatur illam. Ad negationem vero rectam affirmatio transposita ita se habet vt antecedat: & non sequatur. Hic notãt iuniores quatuor regulas quas in prioribus diximus: & dicemus passim. Prima ex affirmatione recta sequitur negatio transposita hoc est ex affirmatione de prædicato finito: sequitur negatio de prædicato infinito: vt est æquale. igitur non est non æquale. Secunda ex affirmatione transposita: sequitur negatio recta vt est non æquale, igitur non est equale. Tertia ex negatione recta non sequitur affirmatio transposita nisi cum subiecti constantia: quia non valet non est bonum: igitur est non bonum. Nam centaurus non est bonum: qui tamẽ falso dicitur est non bonus. Vltima ex negatione trãsposita non sequitur affirmatio simplex recta: quia non valet non est non bonum, igitur est bonum. Nam centaurus non est non bonum: qui tamen falso fertur centaurus est bonus nisi subiecto constante. Hæ regulæ fundantur in contradictione: etiam ad ipsas non est instare, ideo sunt optimæ.


Regula. Prima. Secunda. Tertia. Quarta.

Dico autem ipsum est aut iusto, aut non iusto adiacere. Quare etiam negatio. Igitur quatuor erunt.

posset

Cōm.6. Possset cauillator dicere Arist. q̄ hæc est affirmatio. est iustum. cuius negatio erit est non iustum. Et ita non erunt quatuor cum non differant est non iustum: & nō est iustum. Respondet. dico autē ipsum est in illis ambabus aut iusto adiacere: & idem facere affirmationem hanc est iustum. Aut adiacere non iusto: & ita etiam facere affirmationem transpositam hanc, est non iustum. Nam vtrobiq; ipsum est affirmatum manet. Propterea concludit: quare etiam negatio, id est, verbum negatū, subaudi potest adiacere verbo vtriusq; illarum: adiacēdo, primo fiet hæc, non est iustum: quæ negatio dicitur recta. Adiacendo secundo, fiet illa, nō est non iustum. Igitur erunt quatuor vt dictum est, videlicet, affirmatio & negatio rectæ siue simplices. Affirmatio & negatio transpositæ siue per additionem dictæ.


Quot non vniuersales formētur secundum oppositionem. *Intelligamus autem id quod dicitur, ex ijs quæ hic subscri buntur. Est iustus homo, huius negatio: non est iustus homo. Est non iustus homo. Huius negatio non est non iustus homo.* In calce primi libri Priorum. *Hic enim ipsum est: & item ipsum non est iusto: & non iusto adiacet. Hæc igitur sic posita sunt, ut in resolutiuis dictum est.*



Cōm.7. Quod verbum adiacet iusto & non iusto, per exemplum declarat, vbi patet ipsum est adiacere iusto. in hac. est iustus homo. & non iusto. in illa. est non iustus homo. Itemq; & ipsum non est similiter adiacere iusto in illa, non est iustus homo. Et adiacere non iusto in illa, non est non iustus homo. Quæ ratio docet illas esse Epilogus. quatuor, & non duas tantum. Sic igitur patet quòd habendo rationem ad prædicatum tantum, possumus habere rationem ad prædicatum formale solum: vt in binarijs: & ita erunt duæ oppositæ penes affirmationem & negationem verbi. Habendo vero rationem ad prædicatum formale hoc est verbum: & ad p̄dicatum materiale hoc est appositum: erunt quatuor duæ simplices oppositæ penes verbi affirmationem & negationem: quæ rectæ è peripatheticis nonnullis appellantur. Duæ compositæ penes vtrunque prædicatum oppositæ: quæ transpositæ dicuntur. Hæc de multiplicatione particularium: & de ordine earum inter se habemus ab Aristotele.

Similiter autem sese habebit, si nominis uniuersaliter sit affirmatio. Veluti omnis est homo iustus, negatio huius: non omnis est homo iustus. Omnis est homo non iustus, non omnis est homo non iustus.


Diametræ.



Diametræ.

Cōm.8. Hactenus de multiplicatione non vniuersalium, & de illarum oppositione atq; consequentia. Nunc de multiplicatione vniuersalium vult loqui. Boetius vir Expositio Boetij. magnus forsitan auctoritate Alex. aut Porphy. quos in parte plurimum sectatur, videtur intelligere per affirmationem & negationem nominis vniuersaliter: simplices & transpositas penes prædicata tam contrariæ: quam contradictorię oppositas.

Cuius viri figura est.




Hæc enim apud Boetium se habent similiter vt dictum est in prima figura. Nam negatiuę sequuntur affirmatiuas modo declarato in quibus possunt formari quatuor regulæ: vt in non vniuersalibus dictum est. Hæc expositio non placet: q̄m contradicit exemplo Aristote. Amplius hæ essent sex, illæ fuerunt quatuor. Propterea melius cum Herminio philosopho sentio q̄ Arist. per affirmationem & negationem nominis vniuersaliter vult contradictorias penes qualitatē & quātitatem. Vt sunt. omnis homo est iustus. huic opposita. non omnis homo est iustus. omnis hō est non iustus, non omnis est homo non iustus. Et tunc hæ numero quatuor erunt, & quo ad consequentiam etiam similes sunt illis non vniuersalibus. Debes scire quòd etiam has multiplicauit solum penes prædicatum subiecto semper existente vt in primis non vniuersalibus finito.

Verum

Verum quæ per diametrum opponuntur, non contingit similiter ueras esse simul, sed contingit quandoq;.


Com. 9. Nunc differentiam tangit inter non vles & vles. Sed laborauerũt veteres, quid Arist. per angulares intelligat, quod græce est per diametrum oppositæ, quos non possum non mirari, cum tantum laborauerint, cũ res ipsa sit cognitu facilis. Ideo debes scire ꝙ per diametrum oppositas vult ea quæ opponuntur qualitate prædicatorũ sola. Et sic hæ ꝑ diametrũ opponunt̃. oĩs homo est iustus. oĩs homo est nõ iustus. Aliæ diametræ sunt, non oĩs homo est iustus, non oĩs homo est non iustus. Inquit, verum quæ ꝑ diametrũ opponunt̃, nõ contingit similiter esse simul veras tam superiores ꝙ inferiores: vt erat in non vniuersalibus, vbi tam diametræ superiores quam diametræ inferiores erant simul veræ. Sed contingit quandoq;, idest, sed contingit solum in aliquibus, vtpote in diametris inferioribus. Hæ enim stant simul. non oĩs homo est nõ iustus. & nõ oĩs homo est iustus. Nam prima valet hanc, aliquis homo non est non iustus. Secunda valet illam: aliquis homo non est iustus, modo hæ stant simul. Nam prima verificatur pro Socrate iusto. Secunda pro Phalere impio. Propter quod illud verbum græcum pote: quod latine est aliqñ siue qñq; siue interdum, hic sumitur pro aliquibus. Hæc videtur expositio Herminij etiam.

De sex infinitis propositionum subiectis. *HAe quidem igitur duæ inter se opponuntur, Aliæ uero duæ sunt: cum non homo tãquam subiectum quoddam accipitur. Vt est iustus non homo, non est iustus nõ homo. est non iustus non homo, non est non iustus nõ homo. Atq; plures his oppositiones non erunt. Hæ uero seorsum ab illis, ipsæ per seipsas erunt, modo non homo tanquam nomine utantur.*



Cõm. 10. Tertio docet multiplicare enuntiationes de tertio adiacente penes subiecti infinitudinem. Vnde hæ à primis non differunt nisi ꝙ in illis semper subiectum finitum seruabatur. In his autem semper infinitum. De verbo vero & prædicato verbi agendum est vt in primis. Epilogat igitur & inquit. Hæ igitur duæ inter se opponuntur. hoc est duas esse oppositiones semꝑ subiecto exñte finito patet. Aliæ vero duæ sunt subaudi subiecto semp existẽte infinito quarũ exempla in figura ponit: & sermo patet. Tunc quasi epilogando, & ponendo differentiam inter has vbi semper subiecti infinitudo seruatur, & illas vbi subiecti finitudo semper aderat, inquit, atq; plures ijs oppositiones non erunt, qm̃ duæ in primis seruata finitate subiecti. Duæ in his seruata infinitudine. Differũt aũt hæ ab illis, quia hæ seorsum sunt ab illis: quia semper in his seruat̃ subiecti infinitudo. Illis vero infinitudo. Et propterea hæ sunt aliȩ ab illis differẽtia subiectorũ, & erunt hȩ inter se ita quo ad consequentiam & oppositionem vt primæ, modo non homo tanquam nomine siue subiecto vtãtur. Hoc est dummodo semper subiecti seruetur infinitudo. Et dixit tanquam nomine: quia nomen infinitum non est nomen: sed vicem nominis tenet. Debes scire ꝙ hæ sunt disperatæ à primis. prima differentia subiectorum vt dixi in secundo, quia negationes harum nõ sequũtur affirmationes illarum, propterea se habẽt inter se ea oppositione, eo ordine, quibus & primæ se habebant. Et vt multiplicauit enuntiationes non vniuersales, ita potes & vniuersales multiplicare, quarũ exemplum est. Differentia enunciationum.


Diametræ.



Diametræ.

Hæc sunt quæ Arist. dixit de multiplicatione enuntiationum vbi verbum ipsum est prædicatur aut secundum aut tertium adiacens.

Quibus uero non accommodatur ipsum est, ut cum hæc ponuntur, ualet & ambulat. In his idem facit hoc modo positum, ac si ipsum est adderetur: ut ualet omnis homo, non ualet omnis homo, ualet oĩs non homo, non ualet oĩs non homo. T. cõ. 12



Cõm. 11. Docuit multiplicare enuntiationes de verbo ipso est, nunc docet multiplicare illas in quibus non ipsum est po-

est ponitur, sed cætera verba adiectiua, vt in quibus ponuntur hæc verba ambulat & valet. Et inquit, quibus vero non accommodatur ipsum est: vt cũ hæc ponuntur valet & ambulat. In ijs idẽ facit hoc modo positũ. Ac si ipsum est adderetur vt per exempla oñdit. Debes scire ꝙ in his variatio est penes subiecti finitudinẽ & infinitudinem: quia vt dicetur penes ipsum verbum obseruari non potest. Rursus licet in his duæ oppositiones fiant, quatuor quoq; enũtiationes quemadmodum in illis, non tamen simili modo hæ se habent secundum ordinem & consequentiam. Nam negatiuæ suppositæ non sequuntur affirmationes simplices. nõ enim sequitur, oĩs homo valet. igitur oĩs non homo non valet: quia contradictorium consequentis, aliquis non homo valet: stat cum antecedente. potest enim valere equus aliquis non homo. Nec sequitur omnis nõ homo valet. Igitur omnis homo non valet. Potest.n. antecedens esse verum: & consequens falsum. & ita hę se habent simili modo cum illis quo ad multiplicationem atq; oppositionem: non autem quo ad ordinem & consequentiam. Sunt qui dicant ꝙ Arist. comparat has vbi adiectiua verba ponuntur enũtiationibus, vbi ipsum est secundum adiacens prædicatur: & tunc sensus est apud eos, quibus vero nõ accõmodatur ipsum est: vt cum hæc ponuntur valet & ambulat. In his idem facit hoc modo positum: ac si ipsum est adderetur. Et ita volunt enũtiationes tales esse veluti illas vbi ipsum est secundum adiacens pręđicatur: quo videlicet ad enuntiationem numerum oppositiones & consequentias. Et ita iste sermo non trinarijs, sed binarijs similis est. Hæc expositio puerilis est & friuola. Aristo. enim cœpit de trinarijs loqui: vt nunc redeat ad binarias transgresio esset. Propterea malo errare cũ Ammonio: qui textum comparatiuum facit non ad binarias sed ad proxime dictas: Hæ.n. homo ambulat, homo non ambulat, non binariæ apud græcos habentur sed trinariæ. erit igitur comparatio solum quo ad numerum & oppositiones, quo vero ad ordinẽ minime. Erit etiã dissimilitudo: quia his in enuntiationibus subiecti attenditur variatio. In illis secus vt dictum est. De multipllcatione vero omnium insimul perquire doctissimum Syrianũ Philoxenũ, qui subtili ratione omnes collegit, atq; in numerum & normam redegit.

Animaduersio circa literam.

Expō aliquorum.

Contradictio.

Infinita redduntur enunciationes ex pte subiecti additione negatiõis ad subiectũ, nõ autem ad notã vniuersalitatis

Non enim dicendum est non omnis homo, sed ipsum non ipsi termino homo addendum est. Ipsum enim omnis, non uniuersale significat, sed quoniam uniuersaliter. quod quidem ex his patet. ualet homo, non ualet homo. ualet non homo, non ualet non homo. Hæc enim ab illis differunt ex eo quia non sunt uniuersaliter. Quare ipsum omnis aut ipsum nullus nihil aliud significant quam nominis uniuersaliter affirmationem aut negationem. igitur cætera id genus addi oportet.

Cõm. 12. Circa dicta fortasse ambiget iunior vtrum negationis nota, videlicet, ipsum non sit addenda ad ipsum, omnis, an ad ipsũ homo, Si debeat enuntiatio reddi infinita siue de subiecto aoristato: Et fortasse arguetur ꝙ sic. vniuersale potest aoristari infinitariq;. Sed ipsum omnis siue ipsum nullus sunt vniuersalia, igitur possunt infinitari. & ita illis addenda erit negationis nota. Respondet ꝙ si enuntiatio debeat reddi aoristica siue de subiecto infinito negationis nota non ad ipsum omnis addenda est, sed ad ipsum homo. Inquit, {non enim dicendum est non omnis homo} si enuntiatio videlicet ipsa aoristica fieri debeat {sed ipsum nõ ipsi termino homo addendum est} & tunc erit enuntiatio aoristica de subiecto infinito. Ad cauillum respondet ꝙ ipsum omnis non est vniuersale, sed vniuersaliter significat: siue est vniuersalis prædicationis nota. Et tunc minor cauilli falsa erit. Inquit. {ipsum enim omnis nõ vniuersale significat, sed qm̃ vniuersaliter} consignificat, estq; vniuersalis prædicationis nota. Et hoc declarat exẽplis. & inquit {quod quidem ex ijs patet. valet homo, non valet homo} vbi ambæ sunt simplices ob ipsum terminum homo {non valet non homo, valet non hõ} quę sunt aoristice: quia terminus homo aoristatus exilstitit in illis. hęc.n. ab illis differunt ex eo, quia non sunt vl̃r: & per consequens vt in his aoristatio penes terminũ hõ habetur, ita in vniuersalibus vniuersaliter. Ideo infert {quare ipsum omnis aut ipsum nullus nihil aliud significat quã nominis vniuersaliter affirmationẽ aut negationẽ.} Igitur cætera his similia id genus addi oportet} cum his duobus: & dicere de illis vt de his quod aoristari non possunt.

Sed circa hæc dubitant an verbum in oratione aoristari siue infinitari possit? Quidam græcorum expositorum dixerunt verbum aoristari posse in oratione. Primo: quia tunc nõ posset aoristari participiũ: cũ nihil aliud sit participium quam verbum resolutum siue deriuatum: vt Auerroes dixit in paraphrase primi huius. Secundo, sic verbum est & finitum & infinitum: vbi in oratione nõ aoristet̃: frustra diceret̃ infinitum. Tertio, Plato in quodam dialogo volens probare ꝙ sensus non attingit veritatis notionẽ sic syllogizat. Sensus non contingit rationẽ substantiæ, quod non contingit rationem substantiæ: nec ipsius veritatis notionem contingit. Sensus igitur veritatis non contingit notionem. Modo videtur ex negatiuis oĩbus syllogismum fecisse. hoc autem fieri non potest: nisi verbum aut participium infinitetur. Alexander aphrodisius propter hæc tenet verbum aoristari non posse in oratione. Immo semper aoristatio verbi in illius participium redũdat. Causam huius attulit, quia verbũ vnionem extremorum de proprio significatu habet: talis autem vnio aoristari non potest. Ideo si verbum adiectiuum aoristetur, id propter participiũ fit, in quo resoluitur. Tunc patet solutio. Ad primum enim patet verbum ea parte qua syncathegorema est aoristari nõ posse, sed qua cum participio conuenit, & ita consequentia nulla est. Ad secundum dici põt verbum nõ ea ratione qua syncathegorema aoristatur, sed ea parte qua in participium redundat. Et hoc modo in oratione poni potest vt in syllogismo Platonis patet. Ad syllogismum Platonis patet solutio: accepit enim verbum non contingit pro participio, idest, non contingens est. Secũdo quærunt an syncathegoremata possint aoristari? Sorticolæ nonnulli tenere persuadent ꝙ possunt aoristari. Primo, omne finitum potest aoristari: syncathegorema est ens finitum: cum non sit res finita. igitur potest aoristari. Secundo signum quanti finiti potest reddi infinitum: modo syncathegorema est signum termini finiti vniuersale aut particulare. Tertio quod prædicatur de ente & non ente videtur aoristatum: modo iste terminus non omnis prædicatur de ente & non ente. Hęc est enim vera, hypocentaurus est non omnis. Et hæc similiter, equus non est omnis. Et ita volunt propter hęc argumenta eiusmodi syncathegoremata posse aoristari. Hæc positio sic nude recitata

Prima dubõ. An verba valeant infinitari.

Põ Alex.


Secũda dubõ An signa possint infinitari.

Confutatio. Rñsio ꝓpria.

Confutatio. Responsio ꝓpria. citata expresse Aristoteli contradicit. Verum potest trahi in bonum. nam syncathegorema: vt omnis nullus: & id genus: potest capi materialiter pro seipso in voce & sibi consimili inscripto aut in mente vt sorticolæ tradunt. Et hoc modo non syncathegorema sed terminus significatiuus dicetur. & hac ratione possunt talia aoristari: vt vltimum argumentum cócludit, quia de ente & non ente prædicari potest. Alio modo sumi potest puræ syncathegorematice: & sic nō est ens: sed entis vniuersaliter aut particulariter sumpti nota. Et ita patet ipsum vt sic non, posse aoristari: sed bene est nota aut aoristati, aut finiti termini. Tunc ad primũ patet solutio. nam hæc syncathegoremata syncathegorematice accepta non sunt entia, sed entium signa. Ad *Quid colligũt sorticolæ.* secundum maior est falsa. quoniã signum est nō est terminus: sed termini signum: Tertium vero est solutũ.


Sorticolæ colligunt ex regulis Aristotelis ab enuntiatione vbi verbum tertium adiacet sequi enuntiationé de secundo. Nam Arist. vult ꝙ ex negatiua non sequatur affirmatiua. Et hoc quia affirmatio ponit subiectũ esse. Propterea non valet. animal non est iustum: igitur est non iustum. nam prima non ponit animal esse, secunda vero ponit. rem hanc persuadent. primo, quia subiectũ debet sumi siue supponere secundũ vim verbi: modo in hac, animal est non iustum, vis verbi est præsentia & affirmata: igitur animal pro pręsentibus & affirmatis supponi debet. Secundo hæc consequentia valet. animal est iustum: igitur animal animal est: quia si non. detur oppositum, tunc est non aïal: vltra non est animal: igitur animal non est ens. ab æquiualenti ad æquiualentem. animal non est ens: igitur animal non est iustum, à superiori ad inferius: & ita ex opposito cōsequentis sequitur oppositum antecedentis: & per consequens illa consequentia bona erat, animal est iustum: igitur animal est. Rem hanc ad tempus transmittimus, sumus enim de ea non semel dicturi.

Contrariæ nō possunt esse simul veræ, sicut subcontrariæ. *Cum autem huic affirmationi, omne animal est iustum ea negatio contraria sit, quæ nullum animal esse iustum significat: hæ quidem q, neq; ueræ simul, neq; in eodem sint perspicuum est. His uero oppositæ sunt intrdum, ut non omne animal est iustum, & aliquod animal est iustum.*



Com. 13. Aristoteles vult repetere regulas consequentiarum: ideo antequam eas resumat: repetit quæ in primo dicta sunt de enuntiationibus quomodo se habent circa verum & falsum. Et dicit duo. Primum ꝙ cōtrariæ nō possunt esse simul veræ. Secundum est ꝙ subcontrariæ possunt esse simul veræ. Inquit {cum autem huic affirmationi, omne animal est iustum, ea negatio contraria sit, quæ nullum animal esse iustum significat, hæ quidẽ ꝙ neq; veræ simul, neq; in eodẽ sint: perspicuum est. hoc est primum. his vero oppositæ vt subcōtrarię (quæ oppositæ dicuntur: quia illis contradicunt ex trãsuerso: aut quia quantitate disperatæ sunt) sunt interdum simul veræ, vt per exẽpla patet. Quo vero ad græca verba attinet. dixit {neq; simul.} nam pro diuersis tempori bus esse possunt veræ. Hæc. n. aureo seculo vera erat, omnis homo iustus est. nostris vero temporibus. hæc contraria illi est vera. nullus homo est iustus. dixit {neque in eodem.} quia respectu diuersorum suppositorũ esse possunt veræ simul: vt hæ. omne animal est rationale: vt animal sumitur pro hominibus. nullum animal est rationale. pro equis sumptum. subcontrariæ autem possunt esse in eodem tempore simul veræ, non tamen in eodem. hæ enim in eodem, quoddam animal est iustum. quoddã aïal non est iustum: vim habent contradictionis si pro Socrate animal vtrobiq; accipiatur.

Sequuntur autem etiam hæ, eadem quidem quæ est, omnis homo est non iustus, illa quæ est, nullus homo est iustus: hanc uero que est, non omnis homo est non iustus, ea quæ est illi opposita, aliquis homo est iustus. necesse est enim aliquem esse. *Affirmatiuã vniuersalẽ de prædicato infinito sequitur negatiua de prædicato finito. Negatiuam vero non vniuersalẽ de prædicato infinito sequitur affirmatiua opposita de prædicato finito.*



Nunc ponit Arist. duas regulas. Prima est, ab affirmatiua vniuersali de pręedicato infinito sequitur negatiua de pręedicato finito, inquit. {sequuntur autem etiã hæ. eam quidem quæ est, omnis homo est non iustus. Illa quæ est, nullus homo est iustus. Secunda regula, à negatiua non vniuersali de prædicato infinito, sequitur affirmatio non vniuersalis de pręedicato finito subiecto constante ei aliquo necessario existente. Inquit, non oĩs homo est non iustus, sequitur ea, quæ est illi opposita, videlicet negationi vniuersali de prædicato finito. aliquis homo est iustus: & quia hoc videtur contra dicta: vbi dictum est ex negatione non sequi affirmationem: addit. necesse est enim aliquẽ esse. q. d. hanc regulam valere quando subiectum negatiue necessario est aliquod. Multa hic iuniores cōponunt, & oĩa proficiscuntur ex malis translationibus: quas habebãt. Vnde laudare eum qui vult virum græcum cōmentari literarum gręcarum prius debere discere regulas. aliter non *Com. 14. Contra iuniores.*

ter non semel in pueriles gerras incidet: atq; in deliras imaginationes. Debes scire ꝙ Boetius aliter legit literam. Ipse.n. vult scđam regulam esse ex particulari affirmatione de prædicato finito sequi negationem de prædicato infinito. Fortasse ī codice suo græco sic scribebat. Ego autem in meo īueni ad verbum vt transtuli: & credo meum esse veriorem, aliter verbum illud {necesse est enim aliquem esse.} ad nihil adderetur.

Quid Boetius.

Perspicuum etiam in singularibus si uerum est interrogatum negare, affirmare etiam uerum esse: ut putas ne Socrates sapiens est? non. Socrates ergo non sapiens. In uniuersalibus autem non est uera quæ similiter dicitur: sed negatio est uera. ceu putas ne omnis homo sapiens est? non. omnis ergo homo non sapiens. hoc enim falsum est: sed nō. ergo omnis homo sapiens uera est. Est autem hæc opposita, illa contraria.

Ex negatiua ꝑposita in singularibus sequitur negatiua transposita, nō autē i vlibus, sed cōtradictoria sequitur.

Cōm. 15. Volens Aristo. dare differentiam inter singulares & vniuersales, quo ad negationum transpositionem eam nanciscitur ex differentia interrogationum dialecticarum, & innuit duas regulas. Prima, ex negatiua præposita, sequitur negatiua transposita in singularibus. Inquit, {perspicuum est etiam in singularibus si verum est interrogatum siue interrogantem negare negatione præposita, affirmare etiam negatione transposita verum esse} vt putes ne Socrates sapiens est? Respondendo ꝙ non. Socrat. ergo non est sapiens: erit verum dicere. Secunda regula. ex negatiua preposita non sequitur negatio trāsposita in vlibus: sed bene contradictoria. inquit, vlibus aūt nō est vera q̄ silr̄ dr̄ sed negatio siue cōtradictoria est vera: ceu putas ne oīs homo sapiens est? Si respondetur ꝙ non: omnis ergo homo non est sapiens. hoc.n. falsum est, sed non ergo omnis homo sapiens est: vera est. Est autem hęc opposita hoc contradictoria. illa contraria transposita. Ex his sumunt sorticulæ ꝙ in singularibus nō refertur negationem præponere & transponere: quia hæ sese sequuntur. non Socra. est sapiens: & Socra. nō est sapiens. causam aūt afferunt: quia in singularibus terminus super eodem modo singulariter stat: cum nō sit confusionis capax. Ita.n. in hac. Socra. non est sapiens, ille terminus Socra. stat singulariter siue discrete: vt in hac non Socra. est sapiens. Sed occurrunt Aristoteli primo: quia refert dicere, non tm̄ Socrat. bibit venenum: & tm̄ Socrates non bibit venenum. Secundo: quia refert dicere. non Socrates habens filium diligit illum: & Socra. habens filium non diligit illum. Potest enim secunda esse vera: vbi habere duos: quorum vnum diligeret, alterum odiret. Prima autē est omnino falsa. propter hæc omnes sorticolæ intelligunt regulam de singularibus simpliciter tentis & non compositis sine ratione adiuncti, sed hęc omitto.

Regula sorticolarum.

Illæ uero quæ secundum infinita nomina & uerba contraiacent: ut in eo quod est non hō & non iustus: ueluti negationes sine nomine & uerbo esse uidentur: sed non sunt: nam semper aut uera, aut falsa sit negatio necesse est. Qui uero dixit non homo: nihil magis dixit: quam is qui homo protulit: sed etiam minus uerus uel falsus fuit: nisi quicquam addatur.

An nomina & verba infinita opponantur enunciatiue nominibus & verbis finitis.

Cōm. 16. Sunt qui dicunt Aristo. soluere quæstionem an nomina & verba infinita sint enunciationes negatiuæ, quod non mihi placet: nam in principio huius hoc absoluerat: ideo non est Aristot. imponenda repetitio vbi fieri pōt vt non imponatur. Ideo videtur mihi ꝙ quærat vtrum nomen infinitum siue verbum infinitū opponatur nomini & verbo finito enuntiatiue. & primo ponat id quod videtur primo aspectu: & inquit, illæ vero quæ secundum infinita nomina & verba contraiacent vt in eo quod est non homo: & non iustū veluti negationes oppositæ affirmationibus sine nomine: vt illa non laborat, & verbo, vt hęc, non homo non iustus, tenetur.n. illa particula {sine} singulatim singulum singulo referendo: nam illa de noīe infinito videtur sine verbo, de tacito tn̄ verbo illa de verbo infinito videtur esse negatio tacitum homine. Respondet, sed non sunt: cuius rationem dicit, nam semper aut vera aut falsa sit negatio necesse est. modo hæ neq; sunt simul veræ neq; simul falsæ. homo non homo: quia non sunt enuntiationes. Qui vero dixit non homo: nihil magis dixit: quam is qui homo, protulit: sed etiam minus verus vel falsus fuit is qui dixit homo nisi quicquā addatur. verbum illud græce etton latinæ minus pro minime accepit: quasi sit sensus. quòd nec ille, qui dixit homo nihil addendo, verus est aut falsus: quare nec qui dixit non homo.

Hæc autem, omnis non homo est iustus: nulli illarum idē significat. Nec huic opposita quæ est, omnis non homo non est iustus. At illa quæ est, omnis non homo est non iustus ei quæ est, nullum non homo est iustus, id significat.

Inter enuntiationes de subiecto infinito & prædicato finito & enuntiationes de subiecto finito nulla est consequentia, sed affirmatiuam de subiecto & prædicato infinitis, seqtur negatiua de subiecto infinito, & ꝑdicato finito. Cōm. 17.

Quem autē ordinem atq; consensum habeant enuntiationes de subiecto infinito variatæ penes prædicati finitudinem vel infinitudinem ad enuntiationes de subiecto finito: nunc docet & ponit regulas. Prima est, enuntiatio de subiecto infinito & prædicato finito nullum habet ordinem ad enuntiationem de subiecto finito: siue sit hæc affirmatiua, siue negatiua, inquit, hæc autem, omnis non homo est iustus, & sibi similes nulli illarum idem significat, hoc est habentium subiectū finitum: quia nec valet hanc, omnis hō est iustus, nec illam. nullus homo est iustus: & ita in his nec est consequentia, nec consensus: vt Boetius ait. Secunda regula enūtiatio de subiecto infinito negatiua cum nulla illarum de subiecto finito habet ordinem aut consensum. Inquit, nec huic opposita quæ est, oīs non homo est nō iustus significat idem alicui illarum: quia nec idem qd hæc, omnis hō est iustus: neq; idem quod illa. nullus homo est iustus: & per idem nec consequentiam nec consensum habet. Quo vero ad verba græca attinet verbū illud anticeimena: licet in frequentiori vsu pro contradictoria sumat Arist. hic iuxta exemplum eius pro contraria acceptum est. Licet idem sit de contradictoria: nam hæc. non oīs non homo est iustus. nulli illarū idē significat, videlicet, oīs homo est iustus vel nullus hō est iustus. hæc autem, non omnis nō hō est iustus cōtradicit illi, omnis non homo est iustus. Tertia regula est, ab affirmatiua de subiecto & prædicato infinito sequitur negatiua de subiecto infinito & prædicato finito. Inquit, at illa quæ est omnis non homo est non iustus. significat idem illi quæ est nullus non homo est iustus: & ita inter has est consensus & ordo consequentiæ.

Nomina uero & uerba transposita idem significant: ceu homo est albus, albus est homo: nam si ita non sit, eiusdem affirmationis plures erunt negationes: at ostensum est unā esse unius oppositam, huius enim quæ est, homo est albus, negatio est, homo non est albus: illius uero quæ est, albus est homo, si non

Transposita nomina et verba intellectum nō euariant, sed idē significant.

si non est eadem illa, homo est albus, negatio erit aut album est non homo, aut album non est homo: sed altera quidem est negatio quæ est, album non est non homo, eius est, quæ est, albus est non homo. Altera autem huius. homo est albus: quare erunt duæ unius. Quod igitur transposito nomine & uerbo eadem fiat affirmatio & negatio perspicuum.

Cõm 18. Quia superius in exemplis nunc antepofuit prædicatum & postposuit subiectum, nunc contra subiectum præposuit & prædicatum postposuit, idcirco transpositionem nominum & verborum significatum nominũ & verborũ nõ variare declarat. Et insup alia causa: qm̃ rhetores & poetæ transponunt nomina & verba vt ornatum seruent. dialectici minime: ideo inter hos quasi consultat: ostendens ꝙ nomina & verba transposita idem significent. Sed quid velit Arist. iuniores multas confusiones componunt: & omnes sunt extra Ari. mẽtem. Propterea debes scire ꝙ nomen ad suum significatum habet triplicem habitudinem, vnam absolute: qua illud significat ab institutione: hanc habet tam in oratione quam extra orationem: & hæc habitudo significatio est nominis. Aliam habet ſm exigentiam verbi siue temporis verbi: & hanc sorticolæ vocãt suppositionem quam Arist. in elenchis vocat vsum termini siue nominis pro re. Inquit enim cum non est res ipsas ferẽtes disputare nominibus ꝓ rebus vtimur notis: & hoc est supponere iuxta loquendi modum sorticolarum. Aliam autem ſm exigentiam prædicati: & hæc vocatur verificatio. Hæ autem tres habitudines ita sunt: ꝙ significatio esse potest sine suppositione suppositio sine verificatione: & non est econuerso. Vult igitur Arist. ꝙ nomina & verba transposita idem significent: ita vt à prima habitudine nunquam absoluantur: vtrum vero absolui possint à secunda & tertia habitudine per trãspositionem: hic non dicit, sed antea dixit in singularibus non referre. hoc inquit, nomina vero & verba trãsposita idem significãt: ceu homo est albus, albus est hõ. hoc probat dicens: nam eiusdem affirmationis erunt duæ negationes: hoc facile patet: quia habebit negationem sibi propriam oppositam & negationem suæ conuertentis. Hæc enim enuntiatio. hõ est albus. habet hãc sibi propriam negationẽ. nullus homo est albus: & habebit negationem suæ conuertentis, videlicet, illã nullum album est homo: quæ est negatio illius album est homo: quæ est conuertens primæ. Inquit, huius. n. quæ est homo est albus: negatio est. homo non est albus: siue nullus homo est albus. sumit enim indefinitam pro vniuersali. Illius vero quæ est albus est homo: quæ est conuertens primam: est nullum albũ est homo, inquit, modo si non est eadem illi: hoc est, si conuersa & conuertens non idem significant: negatio conuertentis, videlicet, illius, album est homo: aut album est nõ homo: aut album non est homo. declarat ꝙ non est illa. album est non homo: quia hæc habet suam oppositam aliam à prima, videlicet, nullum album est non homo: igitur opposita illius, album est homo: est illa, album non est homo, inquit, sed altera quidem est negatio illius, albũ est non homo, videlicet, quæ est, album non est non homo: siue nullum album est nõ homo: igitur illa. album est non homo: non est opposita illi. album est homo: quia tunc haberet duas oppositas. sic igitur patet opposita illius album est homo: est hæc, videlicet, albũ non est homo: siue nullum album est hõ, altera aũt est negatio huius, hõ est albus, videlicet, illa. nullus hõ est albus: igitur illa, hõ est albus si nõ æquiualeret in significatu illi, album est hõ: haberet duas negationes oppositas: alteram merito sui: alteram merito suæ cõuertẽtis.

Dubõnes. Prima. Sed dubitare solitus sum. Primo ꝙ hæc videtur habere duas oppositiones de facto, videlicet, homo est albus: vt illam. nullus homo est albus: & nullum albũ est homo: igitur sequitur idem, siue sint idem, siue diuersæ: Secundo diceret aduersarius cauillator, ꝙ illa. nullum album est homo non opposita illi primæ: sed suæ conuertentis: & ita non sequitur duas oppositas vni esse. Secunda. Ad primam dico ꝙ illæ oppositæ habẽt vnã vim. Solutio. hæ enim nullus homo est albus. & nullum album est homo: vnam habent vim, quia sese mutuo inferunt per regulam conuersionum. Vniuersalis. n. negatiua conuertitur in terminis primo priorum. igitur non reputãtur nisi pro vna, Ad secundam dicas ꝙ illa est opposita primæ, nam hæ nõ stant simul. homo est albus: & nullum album est homo: quia tunc hæ starent simul. homo est albus: & nullus homo est albus, qm̃ illæ sese inferunt, videlicet, nullum album est homo: & nullus homo est albus: & ita patet ꝙ opponitur hęc primæ. Deinde epilogat: & verba patent per se circa finem præsentis capituli. Debes scire ꝙ Arist. dedit in isto capitulo quatuor regulas. Prima fuit ex affirmatione negatione transposita sequitur negatio recta, vt homo est non iustus: igitur homo non est iustus. Secunda fuit huic contraria, videlicet, ex negatione recta non sequitur affirmatio negatione ipsa transposita: quia non valet. non est bonum, igitur est non bonũ. Nam centaurus non est non bonum, & tamen non sequitur ꝙ sit nõ bonũ. Tertia ex affirmatione recta. sequitur negatio trãsposita negatione etiam. vt est æquale, igitur non est non æquale. Quarta regula econtra non valet. non enim sequitur, non est non bonum: igitur est bonum: cum centaurus non sit nõ bonum: & tamen non sequitur ꝙ sit bonum. Contra has regulas multæ à sorticolis fiunt obiectiones. Primo contra primam. nam non valet: aliquis homo est non iustus, igitur oĩs homo non est iustus. Secundo non valet. Socrates potest non pugnare, igitur Socra. non põt pugnare. Contra secundam obijciunt, quia valet, oĩs homo non est iustus: igitur oĩs homo est non iustus. nam oĩs homo est iustus vel non iustus. Cõtra tertiam arguunt primo quia nõ valet. Socrates est dominus: igitur non est non dominus: dato ꝙ sit simul respectu vnius dominus: & respectu alterius seruus. Secundo non valet, senex fuit puer, igitur senex non fuit non puer. Tertio non valet. Socrates videt equum, igitur non videt non equum: dato ꝙ videret equum & bouem. Contra quartam arguunt: quia bonum & non bonum sunt contradictoria: ideo si. A. non est non bonum: sequitur ꝙ sit bonus. Pro solutione ad omnes rationes debes scire primo ꝙ omnes regulæ intelligi debent omnibus similiter se habentibus sola variatione facta penes prædicatum de finito ad infinitum. Secundo debes scire ꝙ enuntiationes in quibus subiecta variantur penes finitum & infinitum. Cęteris in omnibus paribus sunt inuicem impertinentes. hoc est ꝙ vna non sequitur ad aliã, nec repugnat, vt iste homo est iustus. non homo est iustus, & homo non est iustus, nõ homo non est non iustus. Vna enim harum ad aliam non sequitur, nec alteri repugnat, tũc iuxta hæc tolluntur obiectiones. Prima quidem, quia non sunt in cæteris similes, cũ prima sit particularis & secunda vniuersalis: & ita non arguitur per regulam. Ad secun-

Marginal note: Suppõ verificatio, ac nominis significatio qd sit.

Ad secundum contra idem respondetur eodem modo. Prima enim nõ erat de prædicato infinito : sed debebat esse hęc. Socrates est non potens pugnare, ideo valet: non põt pugnare. Ad aliam contra secundã regulam iam Arist. primo priorum. in fine respondit ꝙ album & non album nõ sunt contradictoria: sed bene esse album: vel non esse albũ : & ita in proposito dico ꝙ illa nõ sunt cõtradictoria: nisi intellecto verbo cũ termino. Ad alias cõtra tertiã eodẽ modo soluũtur. Dico. n. ad primam ꝙ valet tenendo verbum illud dñs eodem mõ: erat. n. dñs ad. A. & respectu ipsius. A. ẽt non est non dñs. Quanquam sorticolæ dicant regulam tenere in absolutis: quod non puto esse necessarium. Diximus. n. regulas valere cæteris oĩbus sumptis eodem mõ. Ad secundam dicunt regulas Ari. teneri in enũtiationibus de præsenti : sed hoc est friuolum, non. n. essent vniuersales: vt oẽs græci volũt. Propterea melius est dicendũ ꝙ oĩa cætera & verbum debet sumi eodem mõ: & pro eo dem præcise tempore. Propterea debet sic argui. senex fuit puer : igitur senex non fuit non puer pro eo tẽpore quo fuit puer. Diximus. n. regulas esse veras cæteris similibus sola variatione facta penes prædicati finitudinem.

Ad tertiam dico ꝙ non arguitur per regulam. Debet enim argui. Socrates videt æquum : igitur Socrates nõ est non videns ęquũ. Ad vltimã, solõ patet ex dictis ad rõnem contra scdam regulã. Hæc de isto capitulo satis.

De Enuntiationum Vnitate, ac Pluralitate: quomodo item valeat consequentia ab enuntiatione de prædicatis diuisis ad enuntiationem de prædicato cõiuncto & ecõuerso. Cap. II.

In enuntiatione vbi vnũ de multis, & multa de vno, non est vna enuntiatio nisi mul. illa sint vnũ. Cõm. 19.

AT uero unum de multis, aut multa de uno affirmare & negare, nisi unum quid sit id, quod ex pluribus illis significatur, non est affirmatio, neq; negatio una.

Cum Aristo. velit nunc de ordine siue consequentia enuntiationũ, in quibus prędicatur vnum de pluribus, aut plura de vno hoc est quonã mõ valeat à diuisis ad cõiũcta à coniunctis ad diuisa. Resumit rursus q̃ sit negatio vel affirmatio vna: quæ nam plures siue non vna: quæ longius in primo huius absoluit. Multiplicari itaq; põt enũtiationes (vt diximus in primo auctoritate Ammonij) hunc in modum : nam aut in enuntiatione vnũ prædicatur de vno, aut vnum de pluribus: aut multa de multis: aut multa de vno. Si quidem vnum de vno: aut vniuocum de vniuoco, vt hõ est animal: aut vniuocum de æquiuoco, vt canis est albus. Item, aut æquiuocum de æquiuoco: vt acuties est acumen: aut æquiuocum de vniuoco, vt animal est canis. Simili mõ si vnũ de multis: aut vnum vniuocum de multis: vt hõ bipes est aĩal: aut æquiuocum de multis: vt aĩal latrabile est canis. Iterum si multa de multis: erit aut multa cõiũcta de multis coniunctis : vt hõ rõnalis est aĩal mortale. ambo. n. definitione coniunguntur siue hõ & bipes & crispus est animal & sensibile & disciplinæ capax. Hæc. n. ambo copula coniunguntur & alijs modis : aut coniuncta de abiunctis: vt hõ bipes est aĩal album. aut abiuncta de abiunctis : vt hõ crispus amicus est aĩal iustum beniuolum. Simili mõ si multa de vno: aut. n. multa de vniuoco: aut multa de æquiuoco. põt etiã multis alijs modis multiplicari: ibi sufficiant. Aristo. igitur talẽ cõem constituit regulam qñ prædicantur multa de vno : aut vnũ de multis: nisi illa multa sint aliquo mõ vnum: aut con-

Multiplicatio enuntiationum penes plura et vnum.

iũctione aut subiecto aut descriptione aut definitione: enuntiatio non vna erit. Hæc est regula communis.

Atq; unum dico : non si nomen unum sit positum: non sit autem quid unum ex illis. ceu homo est forsitan & animal, & bipes & mansuetum: sed ex ijs unum fit. Ex albo uero & homine & ambulante non unum est. Propterea si quis unum qd de his affirmet, nõ una erit affirmatio: sed uox qdẽ una, affirmatiões uero plures: nec si de uno hæc, sed similiter multæ.

Exponit nunc Aristo. quid velit per vnum & inquit: {atq; vnum dico: non si nomen vnum sit positũ, veluti est æquiuocum : quod est vna vox pluribus abiunctis imposita. Propterea subdit. {non sit autem quid vnum ex illis vel definitione, aut subiecto. & exponit per exẽplum quid sit ex multis vnum esse: & inquit. {ceu hõ est forsitan & aĩal & bibes & mansuetum : sed ex ijs vnum fit: aut copulatione: vt placet Porphyrio: aut definitione: vt videtur Auer. in paraphrase. Quid vero sit ex multis non esse vnum: subscribit dicens. ex albo vero & homine & ambulante non vnum est definitione, vel copulatione si dematur copula. Propterea concludit { si quis vnum quid de his affirmet : non vna erit affirmatio, licet vox quidem vna, affirmationes vero plures : nec si quis hæc de vno affirmauerit affirmatio vna erit : sed siĩr multæ. Sic igitur patet quid sit vnũ: quidúe ex multis vnum esse: & quid ex multis non vnum esse. Sed dubitatur: quia Ari. ait ꝙ si quis affirmet de illis vnum, affirmationes erunt plures. Quæritur quonã mõ hoc sit. Auer. in pñti paraphrase videtur dicere ꝙ sit vna veluti æquiuoca, sed cõtra: quia enũtiatio vbi terminus æquiuocus aut subijcitur aut prædicatur facit paralogismũ. Sed hæc enuntiatio non facit illum. Scdo: oĩs enuntiatio æquiuoca est distinguẽda: sed hæc nõ distinguitur. Tertio ex ijs fit saltẽ vnũ in subiecto nõ sicut ex æquiuocis. In verbis Auer. apparet solõ. subscribit. n. siĩr est dispositio in enuntiatione inquantum affirmantur intentiones multæ vbi subiecto per noĩa diuersa. q. d. ꝙ quantũ ad hoc vr̃ esse similitudo cũ æquiuoca enũtiatione: qa in hac multi sunt significatus : vel ex pte subiecti aut pdicati: sed quo ad aliã nõ: vt recte cogũt rõnes.

Cõm. 20.

Dubitatio.

Responsio: Auer.

Solutio:

Si igitur interrogatio dialectica responsionis est postulatio: aut propositionis : aut alterius partis contradictionis. Propositio uero contradictionis unius est pars : non erit ad hæc una sane responsio. Nam nec interrogatio una est : & si etiam uera sit. Sed de his in topicis dicetur.

Plurium cum non sit vna responsio, cum nõ sit vna interrogatio.

Esculapius & alij multi volunt Aristo. probare id qđ pauloante dixerat: & sic syllogisticũ faciunt textũ. Sed hæc expositio friuola est. primo: quia Aristo. assumpsisset ignotius ad declarationẽ ignoti. Qđ. n. hic sumit in topicis declaratur vt ipsemet ait. Mõ ea quæ dicuntur in topicis sunt posterius nota: cũ hic liber sit primus: vt Ammo. & Porphyrius: & cæteris dixerũt. Amplius non consonat textui. est. n. in græcis sensu & verbis illatiuus: vt intelligenti verba græca & nr̃as translationes patet.

Cõm. 21. Expõ aliorum Confutatio.

Videtur itaq; mihi textũ esse illatiuum. Infert. n. duo: quorũ primum est ꝙ pluriũ nõ est vna rñsio, atq; multiplicis minime. Syllogiçat aũt (vt mihi videt̃) sic: quorum non est vna interrogatio eorũ non est vna rñsio. plurium non est vna interrogatio: igitur plurium nõ est vna rñsio. Ad huius syllr̃s primo sumit vnum añs copulatum, ex quo vult habere probationem minoris : & inqt. Si igitur interrogatio dialectica rñsionis est postulatio: aut ꝓpõnis: aut alterius ptis cõtradictiõis petitio.

Expõ propria.

Propositio

Propoſitio vero contradictionis eſt pars. Ex ijs vult habere probationem minoris, quę poteſt ad ſyllogiſmũ ſic reſolui, quorum non eſt vna propoſitio aut poſtulario, eorum non eſt vna interrogatio per nunc dicta, horum plurium non eſt propoſitio aut poſtulatio. Igitur nec vna interrogatio, & ita minor patet: tũc infert concluſionem, & inquit, nõ erit ad hæc vna ſane rñſio. Cuius minorem epilogat dicens, nam nec interrogatio illorum plurium vna eſt: & ſi etiam vera ſit. ecce quo modo non ſyllogiſtica eſt litera, ſed illatiua. Debes ſcire vt ex primo Topicorum. ca. 3. ſatis habetur ꝙ interrogatio eſt quid cõe ad problema, quod dicitur reſponſio, & ad propoſitionem dialecticam, quæ eſt præmiſſa ſiue interrogatoria propoſitio, quæ vero differentia ſit inter problema & propoſitionem: perquire illic. Propterea Ariſto. ait interrogationem dialecticã eſſe aut reſponſionis poſtulatio ſiue problema: aut petitionem propoſitionis ſiue alterius partis contradictionis quæ eſt propoſitio interrogatoria. Secũdo debes ſcire ꝙ differt etiam quæſtio à cõcluſione & ſuppoſitione ſiue principio: id. n. quod in demonſtratiuis eſt quæſtio ante demonſtrationem. in fine demonſtrationis eſt concluſio, dicitur enim. 2. poſteriorum. Quęſtiones ſunt æquales numero is quæ ſcimus. Suppoſitio autem & principium propoſitiones ſunt ſiue præmiſſæ demonſtrationis. Qua ratione patet problema in dialecticis ſe habere ad reſponſionem: vt quęſtio ad concluſionem in demonſtratiuis, & dialecticam propoſitionẽ ad ſyllogiſmũ in dialecticis vti ſuppoſitiones ſiue principia ad demonſtrationẽ. Hæc autẽ ſorticolæ oẽs ignorant & recẽtiores. ob. n. ignorantiam termino de facili paralogizamus. 1. elenchorũ: & tu conſidera.

Interrogatio dialectica quid

Quæſtio quid eſt non eſt interrogatio dialectica.

Inſuper etiã ſimul perſpicuũ eſt ipſum quid eſt interrogationem non eſſe dialecticã. Nã oportet ex interrogatione dari ut eligat utrã uelit cõtradictionis partẽ. Quando is qui interrogat debeat diſtinguere utrũ homo ſit homo, aut nõ ſit hoc.

Commen 22. Secundũ quod cõcludit eſt: ꝙ quæſtio quid eſt non ſit interrogatio dialectica, & ſylľs eſt. interrogatio dialectica interrogat vtrãq; partẽ contradictionis. quæſtio qd ẽ nõ interrogat vtrãq; partẽ cõtradictionis, ſed vnã tãtum, igiť quæſtio quid eſt non eſt dialectica interrogatio. Primo ſumit concluſionẽ, & inquit. inſuper etiã ſimul cum conuerſione proximę dicta perſpicuum eſt ipſum quid eſt interrogationem non eſſe dialecticam immo nec ſi eſt, nec quia eſt, nec propter quid eſt. Sumit dein ceps maiorem ſyllogiſmi: & inquit. nam oportet ex interrogatione dari atq; permitti vt eligat reſpondens vtram velit contradictionis partem, cuius rationẽ inquit: qñ is qui interrogat: debeat diſtinguere vtrum hoc ſit homo, aut non ſit hoc: vt vtrum aĩus ſit mortalis an non. Legitur autem in græcis codicibus verbum illud {quãdo} aduerſatiuę: ſed ſonat expoſitiuẽ veluti alibi ſæpius Ariſt. verbũ {alla} ſumpſit. Ex ijs patet quæſtionem ſe habere ad demonſtrationem vt problema ad dialecticũ ſyllogiſmum, nam eſt quæſtio ante demonſtrationem, in fine concluſio. problema etiam ante ſyllogiſmum in fine reſponſio ſiue illatum.

Num valeat conſequẽtia ab enũciatione de prædicatis diuiſis ad coniũcta, arguit pro vtraq; parte.

Cum autem eorum, quæ ſeorſum prædicantur, alia quidẽ compoſita prædicentur, ut unum omnia prædicatum euadãt. alia uero non, quæ nam ſit differentia? De homine nãq; uerum eſt dicere, & ſeorſum animal, & ſeorſum bipes, & hæc eadem ut unum & hominem & album, & hæc eadem ut unum, Sed non ſi aliquis eſt cerdo & bonus erit, & cerdo bonus. Adhuc ſi quia ſeorſum utrunque eſt uerum, oportet etiam ambo uera eſſe, multa erunt etiam abſurda. De homine nanque quodã uerum eſt dicere, & quòd eſt homo, & q́ eſt albus: quare & totũ. Rurſus ſi albũ & totũ uerũ eſt dicere, erit etiã homo albus albus: atq; hoc in infinitũ. Et rurſus muſicus albus ambulãs, et hæc ſæpius coniuncta in infinitum dicentur. Præterea ſi Socrates eſt Socrates et homo, etiam Socrates erit Socrates homo: & ſi eſt homo & bipes: etiã erit hõ bipes. Igitur ſi quis ſimpliciter dicat cõplexiones fieri: plurima abſurda inde contingere dicat, perſpicuum eſt.

His ſuppoſitis ac commemoratis. Nunc accedit ad rem: & primo petit qõnem: & inquit. cum aũt eorum quæ ſeorſum predicantur diuiſim, alia quidem compoſita prædicantur vt vnum omnia prædicatum euadant. hoc eſt cum quædam prædicentur diuiſim & ſimul. alia vero non: quæ nam ſit differentia: & quando licet & qñ non, eſt qõ: igitur vtrũ ſemper liceat argui à diuiſis ad coniuncta? an aliquando ſic: aliquando non. & quando ſic: & quando non? Arguit igitur pro vtraque parte: & primo ꝙ valeat: nam ſequitur. homo eſt animal: & homo eſt bipes: igitur homo eſt animal bipes. Amplius valet. Socra. eſt homo: & Soc. eſt albus: igitur Socra. eſt homo albus. In contrarium arguit: quia non valet: aliquis homo eſt cerdo & bonus: igitur bonus cerdo. Secundo ſi valeret: tunc eſſet proceſſus in infinitum in complexionibus: nam de homine quodam vt de Socra. verum eſt dicere, & ꝙ eſt homo & ꝙ eſt albus: quare & totum hoc ſimul erit homo albus. Rurſus ſi de Socra. eſt verum dicere album & totum: hoc eſt ſi Socra. eſt homo albus, & albus ſeorſum. Rurſus ẽt erit verum dicere ꝙ ſit hõ albus albus ſimul atq; hoc in infinitum. Tertio non valet. Socra. eſt muſicus & albus & ambulans: igitur eſt muſicus albus ambulans: quia hæc ſepius coniuncta in infinitum dicerentur. Quarto ſi Socra. eſt Socra. & homo: etiam Socrates erit Socra. homo: & ſi Socra. eſt homo & bipes: etiam erit homo bipes: quod eſt falſum: nam ex non nugatoriis nugatio proficiſceretur: qm̃ in antecedente non fuit nugatio. In conſequente vero videtur eſſe. hæc. n. nugatio eſt. Socra. homo: etiam & homo bipes: qm̃ in indiuiduo ſpecies & in ſpecie differentia intelliguntur. Sic igitur pro vtraque parte hæc ſunt argumẽta. Deinde epilogat: & ſermo patet.

Cõm 23.

Sed quo nam modo id ponendum ſit dicamus nunc. Eorum itaque, quæ prædicantur: atque de quibus prædicari ſumuntur, quæcunque per accidens dicuntur, aut de eodem, aut alterum de altero, hæc non erunt unum: ut homo eſt albus, & muſicus: ſed non unum eſt album ipſum & muſicum. Accidunt enim ambo eidem. neque ſi uerum ſit dicere album muſicum eſſe, albũ muſicum profecto unũ quid erit. Album enim per accidens muſicum eſt: quare non erit album muſicum quid unum. Quocirca neque cerdo bonus ſimpliciter erit, ſed animal erit bipes: cum non per accidens hæc de illo ſint. Præterea nec illa, quorũ alterũ alteri ineſt: quocirca nec albũ ſæpius erit, nec aliquis homo eſt hõ aĩal aut bipes. Inſunt. n. hæc bipes & aĩal homini.

Ab enunciatione de prædicantis diuiſis quæ per ſe inſunt ſubiecto & vna non eſt in rõne alterius, ad enunciationem eandem de prædicato coniuncto, eſt bona conſequentia.

Cõm. 24. Determinat qõnem: & vult ꝙ duobus caſibus non licet à diuiſis proficiſci ad coniunctum, primus eſt: cũ ea quæ diuiſim prædicantur de aliquo ſubiecto: de illo per accidens dicantur: ſiue quia ambo eidem accidũt: ſiue quia alterum alteri accidens: vt non ſequitur. homo eſt albus & muſicus. igitur homo eſt albus muſicus

cus. Accidunt.n.albū musicū ambo homini: nam licet hæc posſit eſſe vera, album & muſicum: tñ albū muſicū non erit quid vnū: cum albū per accñs muſicū ſit: & poſ ſit eſſe & non eſſe. Scd'o non ſequitur. Socr. eſt cerdo & bonus igitur cerdo bonus: nā pōt eſſe Socra. vir bonus & malus cerdo. Scd's verocaſus eſt qñ vnum illorū prædicatorum diuiſim acceptorum in alio includitur. Hac.n.rōne non pōt à diuiſis procedi ad coniunctum: nam antecedens eſſet non nugatorium cōſequens vero nugatorium: quocirca non valet. Socr. eſt hō & aīal: igit Socr. eſt hō aīal: nec ſequit. Socr. eſt hō & bipes: igit Soc. eſt homo bipes: quia in hoīe inſunt aīal bipesq;: & vnum eſt in rōne alterius. Propterea ſoluit ad dubiū & inqt: quocirca nec albū ſæpius erit Socr. nec aliquis hō: vt Plato eſt hō aīal: aut bipes. Inſunt.n.hæc aīal & bipes hoī. Iſti ſunt duo caſus: in quibus non valet: ex quibus colligi pōt in quibus valet. Per primū.n.caſum habetur ꝙ illa diuiſa inſint per ſe ſubiecto. Per ſcd'm habet ꝙ vnum non inſit in rōne alterius: propterea bene valet. Socrates eſt rōnale & mortale: igit rōnale mortale. Tollitur.n.nugatio: quia neutrum eſt in rōne alterius. Tollitur proceſſus in infinitum: quia non licet poſtmodum argui eſt rōnale mortale: & mortale, igitur rōnale mortale mortale: quia mortale ſecūdo aſſumptum includebatur in rōne illius totius rationale mortale. De bes ſcire ꝙ cum Ariſto. ait; quo circa neq; cerdo bonus ſimpliciter erit: ſed aīal bipes erit: non vult abſolute hāc conſequentiam valere. Socr. eſt bipes & animal: igitur bipes animal: ſed ait valere ſolum ratione habita ad primum impedimentum. Propterea ſubſcribit cum non per accidens hæc de illo ſint: & ita valet ratione habita ad primum impedimentum non abſolute: quia ratione habita ad ſecundum impedimentum non valet. Nec ignores tranſlationes veteres oēs hic erroneas reperiri. Qui.n.legit codices Ari. græcos: hoc facile dijudicabit.

Cōſideratio litteræ.

Verum eſt autem dicere de aliquo: & ſimpliciter ut aliquē hominē, hominem: aut aliquem hominem album, hominē album: non tamen ſemper: nam quando in adiecto aliquod quidem oppoſitorum ineſt, ad quod ſequitur contradictio, non uerum, ſed falſum eſt. ut ſi hominem mortuum dixeris hominē, quando autem non ineſt, uerum eſt.

Ab enunciatione de prædicato coniuncto quod implicat ī adiecto, ad enuntiationem de prædicato diuiſo, non valet conſequentia.

Cōm. 25.

Hactenus quonam modo liceat à diuiſis procedere ad coniunctum: nunc contra quonam mō à coniuncto ad diuiſa liceat arguere declarat. Et colligit primo, ꝙ verum eſt dicere: & inquit {verum eſt aūt dicere de aliquo} ſubaudi prædicatū coniunctum & ſimpl'r quodlibet illius: vt de Socra. ſupple verum eſt dicere coniunctim aliquem hominem: & ſeiunctim hominē tm̄: aut de eodem Socra. verum eſt dicere coniunctim aliquem hoīem album: & ſeiunctim hominē album, ſiue hoīem per ſe album per ſe. Igitur abſolute à coniunctis ad diuiſa valet, vtrum vero in omni & de omni determinat: & dicit primo ꝙ non valet: qñ in prædicato eſt contradictio vel oppoſitio: vt non valet. Cæſar eſt hō mortuus: igitur hō, nam mortuum & hō opponere videntur. Inquit, non tamen ſemper: nam qñ in adiecto ſiue prædicato: eſt aliquid oppoſitorum illi repugnans: ſiue diminuens ab eo ad quod ſequitur contradictio: non verum eſt ſed falſum: vt ſi hoīem mortuū dixeris hominē: qñ autem non ineſt hæc in prædicato oppoſitio: verum eſt procedere à coniunctis ad diuiſa. Quo vero ad verba græca attinet verbū illud aplos: licet interdū pro oīno: interdū pro vl'r ſumatur, hic ſumpſit pro ſeorſum ſiue ſeiunctim. Vlterius verbum illud pro ceimeno: licet hic pro prædicato adiecto ſiue adiuncto ſubiecto accipiat: aliqñ abſolute, p oī addito ſiue ſubiecto ſiue p̄dicato. Eſt igit ſenſus, ꝙ quotiens eſt oppō in p̄dicato addito ſiue adiecto: tunc non licet. Solent dubitare metaphyſici quonam mō hæc ſit vera. Cæſar eſt hō mortuus, videtur.n. abſolute falſa. Per textū.n. hr̄ ꝙ illud prædicatū compoſitum implicat oppoſita. Igitur eſt rō in ſe falſa: & cum ſit in ſe falſa: vr̄ de oī falſa vt dicit. 5. Meta. & licet hæc res ſpectet potius ad Metaphyſicam: quæ cōiter currit per manus cucullatorum: tñ quæ dicūtur ad hoc: & quæ mihi videntur eſſe dicenda breuibus non recuſabo dicere. Dicunt quidam ꝙ cum hō & mortuus cōponuntur: non efficitur rō in ſe falſa: quia hō determinatur per ipſum mortuū ad cadauer. Sed hæc rñſio friuola eſt: quia aut totum hoc: hō mortuus eſt rō in ſe falſa aut non, ſi ſic: igit de quolibet falſa: ceu hō irrationalis cum ſit per ſe falſa: de oī eſt falſa. 5. Meta. Si vero illud totū non eſt ratio in ſe falſa: hoc eſt contra textū & contra rōnem. Contra textum quidē: qm̄ ait vnam partem inferre oppoſitū alterius pp contradictionē. Contra rōnem vero: qm̄ hō nūquā perdit ſuū ſignificatum: igit cū rō quā ſignificat nomen ſit definitio: hō erit ſemper aīal rōnale: & ita corpus aīatum & ita viuū: et ex alio eſt mortuus, Igit illa rō eſt in ſe ſimpl'r falſa: & ita de nullo vera. Amplius ad principale: vt conceditur hæc. Cæſar eſt hō mortuus: cur non hæc. Cæſar eſt hō irrōnalis. Si.n. conceditr hō mortuus: ergo cadauer, & ita irrōnale: & hoc ſequitur ſi verbū hō contrahitur à verbo mortu⁹.

Dubitatio.

Rō quorundā.

Confutatio.

Videt igit mihi ꝙ nomen habet duplicem ſignificatū, alterū propriæ veluti hō Socra. & Platonē: Alterū tranſumptiue vt hoīem pictū cadauer: & id genus: vt Ariſt. inquit in prædicamentis: & ſi hæc eſt vera. Cæſar eſt hō mortuus: qm̄ hō ſumit in ſignificatu trāſumptiuo, hęc āt falſa. Cæſar eſt hō: qm̄ intelligitur in ſignificatu, pprio.

Rñſio propria.

An quidem quando ineſt, nunquam uerum ſit: quando uero non ineſt, ſemper ne uerum ſit? quēadmodum Home. eſt aliquid ut poeta: ne igitur Home. ēt eſt? an non. Per accidens.n. prædicatur ipſum eſt de Home. quatenus quidem eſt poeta, non autem per ſe prædicatur de Homero ipſum eſt.

Non ſolum impedit prædictā conſequentiam à coniunctis ad diuiſum implicatio in adiecto, ſed ſi non æqualiter per ſe de ſubiecto prædicentur.

Cōm. 26.

Dubitat rurſus contra ſolutionē datā vtrū, videlicet, qñ non eſt oppō ſiue contradictio in adiecto ſemper liceat: & arguit ꝙ non: qm̄ hęc ē vera cōiunctim. Home. eſt poeta: vbi totum hoc, eſt poeta, p̄dicat de Home. & non eſt contradictio in illo: & nō valet: igit Home. eſt: ſolo verbo eſt prædicante. Inquit { An quidem quādo ineſt: nūquā verū ſit: quādo vero nō ineſt ſemp ne verū ſit.} Quaſi dicat, vtrū vt quādo ineſt oppō nunquā verū eſt: ita quādo non ineſt: ēt ſemper verū ſit? & arguit ꝙ non inqt quēadmodū Home. eſt aliqd vt poeta, ne igit Home. eſt ēt? quaſi dicat non. Reſpondet & vult ꝙ non ſemper licet arguere ſtante illa conditione. Et ſic addit ſecundam, ꝙ, videlicet, ambo illa prædicentur æque principal'r de ſubiecto: & non vnū principal'r, & alterū per accñs: & ſic ſunt duæ conditiones. Prima, ꝙ non ſit oppō in adiecto. Secūda, ꝙ ambo prædicentur æque principaliter. Hæc ſecunda deficit exemplo de Home. Nam per accidens prædicatur eſſe de Home. quatenus poeta: non autem per ſe quatenus ens & exiſtens.

Quare in quibuſcunq; prædicatis neque eſt contrarietas, ſi pro nominibus rationes dicantur, neque per accidens: ſed per ſe prædicantur: in his coniunctim & ſimpliciter uerum eſt dicere. Id autem quod non eſt, non uerum

est dicere esse aliquid: quia est opinabile, non enim opinio de ipso est ipsum esse, sed ipsum non esse.

Com. 27. Epilogat cõditiones insimul:& inqt. {Quare in quibuscunq; predicatis neq; est cõtrarietas.} qđ quidẽ facile discernit̃, si pro noĩbus rõnes dicãtur, nã cũ rõnes noĩum sunt oppositæ in p̃dicatis est oppõ: vt hõ mortuus: nam rõ hoĩs est aĩal rõnale aĩatũ. Ideo mortui est cadauer sine aĩa:& hoc ad prima cõditionem: neq; per accñs:sed p̃ se p̃dicant̃ ambo; hoc est æque principalr̃, in his coniunctim & diuisim siue simplr̃:& ẽm quid, & habet græcus textus, verũ est dicere. hæ sunt conditiones. Et declarãs scđam cõditionẽ inquit:id ãt qđ nõ est vt Home. nõ verũ est dicere esse aliqd:qa est opinabile remanẽs opinione hoĩum, non.n.opinio de ipso est ipsum esse:sed ipsum non esse:sed supple tu, verũ est dicere esse poetã:qđ non est aliquid in re:sed in opinione. Sic igit̃ p̃ hoc ꝙ Home. est in opinione:non ꝑp hoc est aliqd in re, hæ sunt conditiones. Et cõsequẽter de regulis enũtiationũ à coniunctis ad diuisa. Sed circa hęc sunt

Quæstiones. Prima qõ. qõnes non puæ. Prima quonã mõ. scđa conditio intelligenda est q̃ dicit ꝙ cõpositũ illud dẽt prædicari p̃ se

Rñsio Auerr. in paraphrase. de subiecto. Vr̃ ãt ad hoc rñdere Auer. in sua paraphrase dicẽs.i. p̃ aliud ab ipso:sed per se.i. ꝑp ipsum: quia cũ est p̃dicatũ per accñs ẽm istum modũ falsificat̃ cũ separatur. v.g. Home. est poeta:qñ cũ separãtur hæc: & dr̃. Home. ẽ, illa fit falsa: cũ sit nũc priuatus, & cã in hoc ẽ: qa esse p̃dicat̃ de Home. ex parte qua est poeta:non p̃dicatione prima p̃ se absolute. Sic igit̃ Auerr. vult ꝙ illud

Replica. coniũctũ p̃dicetur p̃ se & ẽm ꝙ ipsum de subiecto. Sed huic obijciũt nõnulli primo:qa valet. Soc. est hõ albus.

Defensio. igit̃ est hõ:& ẽ albus. Scđo:qa frustra adderet̃ & non p̃ accñs, vr̃.n.ẽm hãc expõnem superflua. Sed hæc friuola sunt. Ad primã diceret Auerr. ꝙ argm̃ p̃ se tenet in oĩ materia, mõ cũ liceat dare instantiã in alijs satis est: vt primo Prio. cap. 22. & 2. Top. cap. 2. mõ data est instantia in ille, Home. est poeta: iõ regula est falsa. Ad aliud diceret Auerr. illud esse additũ p̃dicatũ prædicari per se ẽm se & quodlibet sui: iõ sensus est. nõ ẽm accñs, hoc est non rõne partis. Sumit̃.n. per accñs interdum ꝓ eo qđ

Replica. est per partẽ. Sed adhuc instabis contra Auer. quia tũc prima conditio superflueret cum satis explicet̃ in scđa. Cum.n. totum coniunctũ p̃dicatur per se & non rõne ꝑtis de subiecto: vr̃ ꝙ non possit esse oppõ in adiecto. & sic superfluit prima: quã Ari. ponit in epilogo aliã à secunda. Dici põt ꝙ apud Auer. illa nõ necessaria: sed posita ad maiorẽ explicatũ. Nos vero alr̃ exposuim⁹ iuxta

Secunda qõ. Ammo.& Boe. mentem: vt patuit. Scđo q̃rũt vtrũ à 3. adiacẽte ad scđm adiacẽs liceat arguere semp̃. Rñdet

Rñsio. Escula. Escul. ꝙ à tertio adiacente ad scđm adiacẽs nõ nisi gr̃a materiæ valet: p̃ se ãt nunquã, hoc multiplr̃ ꝓbat̃. Primo à cõposito ad diuisa non valet:qm̃ termini nõ eodẽ mõ sumunt̃, sed semp̃ ipsum est: qñ tertiũ adiacet accipit̃: vt dicit veritatẽ enuntiationũ:qñ vero est scđm accipitur vt dicit actũ exñdi: & ita nõ valet. Scđo à scđm qd ad simplr̃ non valet cõsequẽtia: sed cũ dico, est aĩal: igit̃ est, arguit̃ à scđm qd ad simplr̃: qa ab esse aĩal ad eẽ simplr̃: igitur nõ valet. Tertio ablato ipso p̃ accñs põt remanere ipsum p̃ se atq; necessariũ. Sed hæc p̃dicatio hõ est: vr̃ p̃ accñs, illa vero, hõ est aĩal. est p̃ se ac necessaria: igit̃ ablata illa p̃ accñs hęc p̃t remaner̃ vera:& ita ad illã p̃ se & necessariã nõ sequit̃ hæc cõtingẽs:& p̃ accñs. Quarto: hæc est vera. nullo hoĩe exñte hõ est aĩal. igit̃ ex hac nõ seqtur illa, hõ est, añs ꝓbat̃: qm̃ si nõ est vera: igit̃ opposita ẽ falsa, opposita est, hõ est nõ aĩal: qm̃ aĩal & nõ aĩal cõtradictoria sunt. Igit̃ hęc est vera, hõ est nõ aĩal, vltra, igitur nõ rõnale:& vltra, igit̃ non hõ: & multa alia impoſia. Antequã refellã hãc põnẽ: dicamus qd

Põ propria. peripathetici dicũt hac in re. Debes igitur scire (vt dicemus) ꝙ triplex est enuntiatio siue propõ, vna de inesse, alia de necessario inesse, alia de contingenti inesse. Tũc

A tertio ad secundum adiacens qñ valeat. constat in propõnibus de contingẽti inesse non valere à propõne de tertio adiacente ad illã de secundo, nõ.n. valet. Socr. de contingẽti est albus: igitur est albus: & in alijs silr̃. Dico scđo ꝙ tam in propõnibus de inesse quã in illis de necessario inesse, valet seruatis conditionibus Arist. videlicet, qñ non est oppõ in adiecto:& qñ ipsum esse & adiectum sibi ęque principalr̃ p̃dicãtur de subiecto. Dico: qñ non est oppõ in adiecto ꝑp tales, hõ est mortuus, hõ est pictus:& id genus. Dico secundo qñ ipsum esse & adiectum prædicantur æque principaliter. Propter tales centaurus est terminus, tm̃ hõ est risibilis. Hæc.n. tm̃ hõ est risibilis, est vera:& ipsum esse prædicatur de illo subiecto tm̃ hõ rõne risibilis: quod cum hoĩe conuertitur: iõ non valet, tm̃ hõ est risibilis: igitur tm̃ homo est: qm̃ deficit secunda conditio, licet nonnulli velint regulam esse veram in simplicibus. Alij dicunt ꝙ debet sic argui, tantum homo est risibilis: igitur hõ est risibilis: qm̃ sic est à composito ad simplex. Ego vero dico ꝙ hæc est vera, tãtum aĩal est homo: ꝑp hoĩem qui vr̃ est aĩal, & sic esse cõpetit ipsi aĩali tm̃ rõne hoĩs. Quod vero hæc sit põ peripatheticorum declaratur, oĩs propõ de inesse est illa quæ exiuit ad actum. Et Auerr. inquit primo priorum ait esse possibilẽ ad actum deuẽtam: sed non est ad actum exiẽs: nisi subiectũ cõstet. Igitur esse principalr̃ prædicatur de subiecto: & p̃ consequens à tertio ad scđm valet. Idẽ confirmatur p̃ Auer. eodem primo priorũ cap. 2. vbi ponit dr̃iam inter propõnes de inesse quas inuentas vocat:& illas de necessario inesse: solum penes hoc ꝙ in illis de inesse prædicatũ inuenitur in subiecto penes plm̃ t̃pis, in illis de necessario in oĩ t̃pe, tñ ambæ sunt in actu. Tertio si propõ de inesse non requirit subiecti constantiam non differret à contingenti. tenet consequentia primo priorum cap. 11. vbi vult ꝙ propõ contingens dupliciter exponitur. vno modo cum subiecti constãtia: & sic miscetur cum illa de inesse. alio modo cum subiecti ampliatione: & sic est pure contingens. Quarto Aristo. cap. 13. ꝑte illa {Oportet ãt accipe oĩ inesse.} distinguit de duplici propõne de inesse, vna quæ simplr̃ est q̃ non est ẽm tempus determinatũ: altera vt nũc:& ad ambas vult esse necessariam subiecti constantiã. Quinto Philop. 1. prior. ca. 13. parte illa {Oportet ãt sumere non solũ.} auctoritate Diadori inquit. Diadorus ãt inquit, alia quædam significat possibilis esse, ait.n. possibile esse: aut qđ iã exiuit ad actum: qđ dicimus nos inesse: aut põt exire, nõdum ãt exiuit, ecce qũo propositio de inesse est illa: cuius significatum est in actu temporis:& ita cum subiecti cõstantia. Idem sentiunt idem Philop.& Alexan. in principio cap. 11. Ex is accipitur peripathetice sentiendũ sem- Nota.
per valere à coniunctis ad diuisa & à tertio adiacente ad scđm in propositionibus de inesse & necessario inesse quando sint propositiones affirmatiue: quia in prima & hac scđa regula semp̃ de affirmationibus loquit̃: seruatis tñ illis duabus conditionibus: nec solũ vt sorticolæ aiunt. Arist. locutus est de p̃dicato cõposito ex noĩe & adiectiuo: vt exẽpla & ꝓcessus verborũ indicãt. Tũc ad rõnes. Ad primã dico ꝙ verbum quando prædicatur

tur totũ ſm ſe & quodlibet ſui de ſubiecto verificatur, eodem modo in cõiuncto & diuiſo capit. nec variatur acceptio:nã in cõpoſito ſumit vt dicit eſſe & veritate propoſitionis:& ſic in diuiſo. Ad ſcdm ſilr,eſſe.n.aĩal aut eſſe albũ eſt quid cõtrahens eſſe vlr & ſimplr acceptũ:& ita videt potius argui ab inferiore ad ſuperius,& nõ ſm quid & ſimpliciter.Error.n.horũ ex hoc oritur: quia credũt in ſimplici eſſe ſumi vno mõ,in compoſita alio mõ:& non eſt ita. Ad tertiã dico ꝙ hæc ꝑdicatio homo eſt:nõ eſt ꝑ accidẽs ſumptũ pro cõtingenti contingens.n.eſt qd nondũ exiuit ad actũ, & iõ hæc eſt de ineſſe ſimpliciter:non tñ eſt per ſe & neceſſario ineſſe: ſed eſt in diſpõne media.ſ.de ineſſe. Illa vero,hõ eſt aĩal eſt de ineſſe ſimpliciter,hæc hõ eſt:etiã eſt de ineſſe ſimpliciter:ideo bona cõſequentia:aut forte prima eſt de ineſſe neceſſatio:hæc de ineſſe ſimpliciter. hæc.n.apud Peripatheticos:hõ eſt nec eſt cõtingens nec neceſſaria, nõ cõtingens:quia exiuit iã ad actũ,nec neceſſaria : qa nõ in materia neceſſaria:& ita de ineſſe. Ad quartã dico ꝙ hæc,hõ eſt aĩal,nullo hoĩe exñte nõ eſt vera : ſicut hæc,roſa eſt pulcherrima florũ in hyeme: ſed cõceduntur,quia pñt eſſe veræ. Ad rõnem dico ꝙ aĩal & non aĩal nõ ſunt contradictoria:vt in fine primi priorũ habetur.Hypocẽtaurus.n. nec eſt aĩal,nec eſt nõ aĩal, ſed bene hæc contradicunt,eſſe aĩal & nõ eſſe aĩal: & ſic de hoĩe non exiſtẽte nec prędicat aĩal nec nõ aĩal:licet aut eſſe animal aut non eſſe aĩal. Alij dicunt ꝙ nullo hoĩe exiſtente hæc eſt vera.hõ eſt aĩal:non ratione ipſius verbi eſt:ſed rõne animalis:& ſic deficit ſecũda cõditio in caſu illo:ſimiliter & de illa,roſa eſt pulcherrima florũ: & id genus. Hæc ſunt dicenda ad mentẽ Ariſt. & oĩum peripatheticorũ:vt Philoponi,Themiſtij,Diadori,Alexandri,Theophraſti:& Auerrois. Sed dices:non valet: Socrates eſt gubernator equorũ : igit gubernator : nec valet:æthiops eſt albus dentes:igitur albus,hæ iã ſolutæ ſunt,non.n.arguitur per regulã:quia eſſe gubernatorem nõ verificatur de Socrate niſi rõne partis: & ſimiliter de æthiope:& ita nõ valet hæc ſm oẽs peripatheticos. Quia Ariſt.cõcedit hãc,hõ eſt mortuus: quæ non põt eſſe vera:niſi det ampliatio verbi ad id qd eſt vel fuit. Quærunt vtrũ ampliatio verbi ſit peripathetica: & videtur ꝙ nõ. Tunc ꝙ eã nullibi Ariſt.poſuit. Tum ꝙ verbũ eſt forma extremorũ:igit extrema accipiuntur ſecundũ exigentiã tp̃is & nõ vltra. Tertio,tunc aliquæ contradictoriæ eſſent ſimul verę vel ſimul falſæ: vt hæ. oĩs homo eſt mortuus & aliquis hõ nõ eſt mortuus: patet prima pro oĩ hoĩe qui eſt aut fuit. patet ſecũda pro hoĩe etiã qui eſt vel fuit. Quarto,tũc aliqua propoſitio eſſet ſil de ineſſe & cõtinges:vt nauale bellũ eſt futurũ. Eſt.n.de ineſſe:quia actu vera:de contingenti:quia eſſe ampliat pro eo qd eſt aut erit. Multa alia adduci pñt. hæc ſatis:Sed videt ꝙ ampliatio negari nõ poſſit apud peripatheticos:ſaltem in cõtingentibus:& tp̃ibus quæ circuũt pſens. Primũ patet primo priorũ.ca.11.in illa.n. cõtingit hoĩem currere.ille terminus hõ ampliat pro hoĩe qui eſt:vel põt eſſe:vt ibidẽ ait,cui Auer. Philoponus & Alexã.cõſentiunt. Rurſus in tp̃ibus circuentibus præſens:vt.1.Elenchorũ ait Ari.in illa parte:ſanabat laborãs.Dñr etiã alia tp̃a circuẽtia præſens, quia ſaltẽ ipſum ſub diuiſione ſignificant:vt dicit Boetius,& ꝑ conſequens illud ſignificabunt ſub diſiũctione : vt hõ fuit mortuus, ſignificat:qm̃ eſt vel fuit hõ: aut hõ eſt mortuus vel pictus:ſilr: qm̃ hæc mortuus vel pictus ſunt præteriti tp̃is. Vtrũ vero detur reſpectu tp̃is pñtis ac termini ſignificãtis rẽ pñtem:vt in hac. Adã eſt primus homo:& illa Home.eſt poeta:alias diſputabit in elẽchis.

Tertia qõ.

Quid de ampliatione peripatetici.

Tũc ad rõnes:ad duas primas patet.ſolutio. Ad tertiam dico ꝙ pro diuerſis tp̃ibus illæ nõ ſunt contradictoriæ,ſed pro eodem tp̃e. Ad vltimã, illa propoſitio eſt pure contingens cum ſubiectũ nõ cõſtet. Animaduerte tñ ꝙ peripathetici his duobus modis expreſſe ponunt ampliationẽ:licet alij vocẽ eã appellationẽ mõ oppoſiti ſorticolis:vt Albertus,alij termini vel verbi extẽſionẽ,alij alio mõ:ſed de noĩbus nõ eſt nimis curandũ. Sat enim eſt illud non eſſe cõtra peripatheticos:vt auctoritates innuunt,hęc de coniunctis & diuiſis.

PARTICVLA QVARTA.

De modalibus enuntiationibus, & earum adinuicem oppoſitionibus,ac conſequentijs,tum ex aliorum, tum ex propria ſententia. Cap. III.

His uero determinatis,conſiderandum eſt quonam modo ſeſe habent affirmationes ac negationes inter ſe, hæ uidelicet quæ ſunt de poſsibili eſſe, & non poſsibili eſſe, atq; de contingenti & non contingenti, deq; impoſsibili ac neceſſario.habent enim quandam dubitationem.

Antequam ad expoſitionẽ textus, intẽtionẽq; capituli deueniam,primo accipienda ſunt quædã neceſſaria huic pertractationi.Et primo quot ſunt modi enũtiationũ ſiue propoſitionũ.Eſt.n.in dictis Ariſt. nõ parua cõtradictio.Primo nãq; priorũ viſus eſt velle eſſe duos tm̃ modos:neceſſariũ,videlicet,& cõtingens. hic vero quatuor:quare aut hic ſuperfluus,aut ibi diminutus,infra,addit verũ & falſũ. Circa hãc rẽ oẽs peripathetici cõueniunt in eis quæ Ammonius dixit primo huius ꝙ prędicatũ ad ſubiectũ habere põt triplicẽ habitudinẽ: quã græci materiã enũtiationis ſiue propoſitionis vocant. Prima eſt:qua ꝑdicatũ nõdum ineſt & põt ineſſe,aut qua ineſt & põt nõ ineſſe.Hãc peripathetici materiam vocãt contingentẽ. Scda eſt:qua ꝑdicatũ non inſuit : & nũc ineſt:aut qua nũc actu nõ ineſt.priꝰ vero inſuit q̃q̃ Auer.& Porphy.materiã de ineſſe vocant in prioribus analyticis.ca.2. Tertia demũ eſt:qua prædicatũ ſubiecto ineſt actu & nõ põt nõ ineſſe:vel qua nõ ineſt actu:nec põt ineſſe: quã quoq; neceſſariã vocant materiã.Plures harũ nõ reperiuntur: vt Porphy. etiam hic ſentit:& Auer.Alex. atq; Philoponus primo priorũ. Ex ijs apparet:ꝙ licet verũ & falſum vident modi propoſitionũ,vt Ari.dicet:re vera nõ ſunt alij oĩno ab illis q dicunt in priorībꝰ.Hi.n.& alij id genus ab aliqua materia ſumi nõ pñt propria cũ nulla ſit. Rurſus vero quandoq; coordinat cum poſſibili aut neceſſario.nam eſt aliquod verũ poſe.falſum etiã cũ poſſibili vel impoſſibili.eſt.n.falſum poſe & falſum impoſe, interdum coordinantur cũ ineſſe,& ita nõ ponũt in numero.His habitis reſtat videre quot ſint modi, qui ſuis proprietatibus notẽt in enũtiatione aliquã habitudinẽ. Ad hoc rñdent quidã expoſitorũ veterũ:qui anonymi ſunt: ꝙ modi nõ coincidẽtes ſunt tres cõtingẽs,videlicet,neceſſariũ & ineſſe.nã a mõ cõtingẽti fiũt propõnes de contingẽti:quales ſunt cõtingit Cęſarẽ pugnare. a mõ neceſſario propõnes fiũt neceſſariæ vt neceſſe eſt hoĩem eſſe aĩal.a modo vero de ĩeſſe ꝓpõnes determinant de ineſſe:vt de ĩeſſe hõ currit.hęc.n.eſt modalis a mõ ĩeſſe. dicũt nõ coincidẽtes:qm̃ poſe incidit cũ mõ cõtingẽtis, differt.n.ſolũ ab illo:nã poſe põt priuari,qa dicimus impoſe nõ ſic cõtingẽs,qa nõ dicimus ĩcõtingẽs: vt Boetius & Porphyrius ſentiunt. Rurſus impoſe idẽ eſt qd

Cõm.28.

De numero modorum.

In quo omnes conueniunt.

Poſitio prima de numero modorum.

necessariũ nõ esse. Itẽq; inesse est & negare & affirmare. Mouent aũt hi qm̃ modi materierũ sumunt à numero habitudinũ: modo tres sunt materiæ, tres quoq; habitudines: igitur tres & modi. Tunc rñdent ad contra dictionẽ. Arist. n. numerauit in prioribus tres modos. videlicet, inesse necessariũ & cõtingẽs, quia tm̃ modos qui nõ coincidũt enumerauit. Hic vero nõ curauit explicare principales & accessorios aut reducibiles, nam ibi materias tãgit syllorum: at cũ necessariũ & impõle eodẽ modo ingrediant syllos pro vno accepit: silr contingens & possibile: ipsum vero inesse enumerauit alio mõ. hic vero cũ specialius loquat, qa ordinat modos ad enũtiationes, enumerat nũc quatuor, videlicet, possibile cõtingens & necessariũ & impõle. prius tñ dixit de ipõ inesse. Addit aũt verũ & falsum pp rõnes dictas & dicendas. Enumerauit autem potius necessarium q̃ impõle in prioribus: nã (vt ait Philoponus) necessariũ est vti habitus: impossibile vti priuatio. priuatio vero reducitur ad habitũ, nõ econtra. Obijcit autem huic positioni Philoponus ibidẽ. Primo, quia numerus modorum non correspondet numero habitudinũ ac materierũ. põt. n. propositio in materia necessaria esse de modo cõtingenti & de contingenti de modo necessario: igitur modi non numerant penes materias. Secundo fiat iste syll's, aĩal currit. Socra. aĩal. Socra. currit: vbi patet hunc esse de inesse: & non cum modo de inesse. Demum Aristo. vsq; huc locutus est de propositionibus & non de modalibus. Igitur propositio de inesse nõ est modalis. Sed istæ obiectiones Philoponi nullæ sunt. Vbi debes scire q aliud est esse propositionẽ de necessario: & aliud necessaria, aliud contingens, & de contingenti. Aliud de inesse & de modo inesse. Stat. n. propositionem esse necessariã de modo contingenti, contingentem de modo necessario. de inesse de modo contingenti vel necessario. Amplius stat aliquam esse necessariã contingentẽ: vel inesse ẽm materiã, quæ nec est de modo necessario cõtingenti vel inesse. Et ita cõcedi põt q aliqua ẽm materiã est in vna spẽ ẽm modũ denominatur ab alia. Secundo concedi potest: q oĩs propositio est modalis materialiter siue habitudinaliter, non tamen oĩs erit formaliter talis. Tunc ad rationem Philoponi dico q modi rñdent materijs qñ naturaliter constituuntur: & hoc satis est ad arguendum illos esse tris. Ad secundam patet solutio. Ille. n. syllogismus est materialiter de inesse: sed non sit formaliter modalis. Ad primam patet etiã solutio. Arist. n. locutus est de ijs quæ sunt de inesse materialiter: & hoc sufficit. Hæc de numero modorũ. Cõsequens est loqui de numero spẽrum, dicamus q tria sunt genera iuxta numerũ modorum, quæ si multiplicant p affirmatiuũ & negatiuum erunt duplæ: & per consequens erũt sex, quæ rursus multiplicatæ per vniuersale particulare & indefinitum enumerabuntur. 18. hæc de numero propositionum. Ex ijs apparent tres errores recẽtiorum. Primus est, quia volunt propositionẽ de inesse & modalem differre solum per hoc, quia modalis totã cõpositionem determinat in illa de inesse non. Hoc est friuolum & non peripatheticũ. Differunt enim penes differentes habitudines vt patuit. Secundus est q ideo verum & falsum non sunt modi, quia non determinãt cõpositionẽ. Hoc etiã friuolũ est. verum. n. & falsum cõpositionem notant: sed non ponunt in numero, quia non notãt aliam habitudinẽ præter dictas Tertius error est Aesculani qui quærit: vtrũ diuisio propositionum in modalem & inesse sit generis in spẽs. Hæc enim quæstio nulla est: cum quælibet sit modalis materialiter vel formaliter. Et de situ modi dicamus. si nãq; græcos sequimur, cum modus se teneat cũ prædicato formali, videlicet verbo. primo priorum. & græci semper ponant primo loco, videlicet verbum. deinde prædicatum materiale. vltimo subiectum, hac ratione modus est primo loco constituendus: si latinos imitabimur cũ Boetius ponat verbũ vltimo loco vti vltimam formam. Ponemus modum in vltimo: quem auctores ordinem seruant per totũ. Verũ Arist. confundit & ponit ipsum nunc in primo nunc in secundo nunc in tertio loco. vbiq;. n. semper notat materiam enuntiationis sibi propriam. Vtrum tamen habeat vim subiecti aut prędicati. posterius dicemus. Ex ijs patet quam inepte dicant iuniores de loco ipsius modi, cum neq; peripathetice nec latine loquantur, hæc de præambulis. Quæ vero sit partis intentio: ex textu colligitur. vult. n. declarare de ordine & cõsequentia euuntiationũ affirmatiuarũ & negatiuarũ quatuor modorũ necessarij, videlicet, impoľis cõtingentis & poľis. hęc de intẽtione.

Metlaum. *Obiectiones Philoponi.* *Defensio.* *Numerus specierum.* *Errores. Primus.* *Secundus.* *Tertius.* *De situ modi*

Nam si complexionum hæ inter se contradictorie opponuntur, quæ per esse disponuntur atq; non esse, ut huius quæ est eße hominem, negatio est hæc non eße hominem: & huius quæ est eße album hominem, illa quæ est non eße album hominem: sed non eße non album hominem. si. n. de omnibus aut affirmatio est, aut negatio: lignum est uerum dicere eße non album hominem. Sed si hoc modo in his sit, etiam in illis, in quibus eße non additur. idem facit id quod pro ipso sumitur eße: nam huius, homo ambulat, non est hæc negatio, non homo ambulat: sed hæc, homo non ambulat. nihil enim refert hoĩem ambulare dicere, aut hoĩem ambulantẽ esse, quare si hoc mõ in oĩbus, huius etiã affirmationis, posbile est esse, negatio erit. posibile non esse: sed non illa, nõ posibile est esse.

An modalium oppositionibus addenda semp sit negatio ver bo, sicut in il lis de in esse: non aũt modo.

Mouet Aristo. quęstionem penes quid attenditur in his affirmatio & negatio: & sumit hanc maiorem per inductionem in omnibus propositionibus. contradictio est sumẽda penes esse & nõ esse, sed eiusmodi sunt propsitiones, videlicet possibile esse, necessarium esse, & id genus, Igitur contradictio sumenda est penes esse & non esse, q autem in oĩbus sit sic sumẽda probat inductiue, vt in hac. homo est albus: sumitur penes illam, homo non est albus: & non penes illam, est non albus. Similiter eius quæ est esse album hoĩem contradictoria est non esse hominem album, & non ista. esse non album hominem, declarat q hæ duæ nõ contradicant. est albus homo, & est non albus homo: sed ille. est albus homo, nõ est albus hõ, qd' hac ratione probat, quia tunc de quocunq; illa, est albus homo, esset falsa, illa esset vera. est non albus homo, cum de omnibus sit affirmatio vel negatio vera, mõ de ligno hæc est falsa lignum est albus homo. Igit illa vera erit. lignũ est non albus homo, quod est impossibile dato q lignũ sit album. Potest dari exemplum in alijs, nã de centauro hæc est falsa, est albus homo vel albus: igit illa erit vera, cẽtaurus est non albus, quod etiam falsum est, quia centaurus nõ est, & quia aliquis dicet fortasse in illis hoc habere locum, in quibus verbum est prædicatur. Ait Arist. vniuersaliter esse ĩ omnibus alijs quę adduntur loco verbi est, vt huius affirmationis ambulat homo, non est hæc negatio, ambulat nõ hõ, sed illa. nõ ambulat hõ, quia nihil differt dicere hoĩem ambulare, & hominem ambulantem esse. Inquit, nam si complexionum

Commen 39.

complexionum

plexionū hæ inter se contradictoriæ opponuntur: quæ per esse disponuntur atq; non esse: vt huius quæ est esse hoīem negatio est hæc non esse hominē: & huius quæ est esse album hoīem illa quæ est non esse albū hoīem. Quod probat: nam si de omnibus, aut affirmatio est vera aut negatio: cum de ligno illa sit falsa. lignum est albus hō. hæc de illo erit vera. lignum est non albus hō: quod videtur impossibile: & reddens propositione maiorem vl'em verā in oībus: addit. sed si hoc mō in his sit, ēt in illis in quibus esse non additur: idem facit id quod pro ipso sumitur esse. Cuius exemplū ponit dicens: nā huius. hō ambulat: nō est hæc negatio. nō hō ambulat: sed illa. hō nō ambulat: nā nihil differt dicere hoīem ambulare per verbū adiectiuū: & esse ambulantē ꝑ verbū substantiuū. hucusq; durauit suspēsio orōnis: deinde ponit conclusionem & terminat suspēsionē vt patet: & sic conclusio est ꝙ negatio debet addi verbo & nō modo.

Opponūtur modale negatione addita admodū magis quā ad verbum.

At uidetur idem & esse & non esse posse. omne. n. quod possibile est diuidi uel ambulare, possibile est & non ambulare & non diuidi. Causa aūt huius est: quia oē quod hac ratione poſe est, non semper actu est: quapropter sibi ēt negatio competet. potest enim non ambulare ambulabile: atq; non uideri uisibile. at impossibile est ut de eodem enuntiationes oppositæ sint ueræ.

Cōm 30.

Arguit nunc ad oppositum quæstionis: & probat ꝙ ad dandam contradictionem in his, negatio nō ad verbum sed admodum addenda est. vtitur aūt tali syll'o. cōtradictoriæ in quolibet diuidunt verum & falsum: sed ponendo negationem verbo & non mō: propōnes oppositæ non diuidunt in quolibet verum & falsum: qm̄ possunt esse simul veræ: vt hoīem poſe est ambulare: & hoīem poſe est non ambulare. huius causa est: quia poſe non est semper actu: eo quia esset necessarium: & ita tales non erunt contradictoriæ. Debes scire ꝙ Arist. vtitur hic diffinitione possibilis posita primo priorū. Est enim poſe nec necessarium nec impossibile. Propterea pōt poni inesse cum non sit impossibile: ēt pōt poni inesse cum nō sit necessarium: propterea addit. causa aūt huius est: quia omne quod hac ratione possibile est nō semper actu est: & per consequens potest poni in non esse: & quia non impossibile potest esse: & ita esse & nō esse sunt simul de eodem: & ita non contradicunt.

Possibilis ratio

Idē qd supra.

Non ergo eius, quæ est, possibile esse, negatio est possibile non esse. Contingit enim ex ijs aut idem affirmare atque negare simul de eodem, aut non per esse atque non esse ea quæ adduntur affirmationes atque negationes fieri. Si igitur illud impossibile est, hoc nimirum erit eligendum: est ergo negatio eius quæ est possibile esse ea quæ est non possibile esse: & non ea quæ est possibile non esse. Eadem quoq; rō erit de eo quod est contingens esse, & enim negatio eius est non contingens esse. Et in alijs quoq; simili ratione ceu in necessario atq; impossibili.

Cōm. 31.

Videtur ꝙ quæstionem motam soluat: & primo ait solutionem & inquit. Non ergo eius quæ est possibile esse negatio est possibile non esse negatione addita verbo. solutio est cui non sit addenda: sed cui sit addenda dicit statim. Probat tñ prius ꝙ non sit addenda verbo quia aut de eodem erunt veræ contradictoriæ, aut non verbo addenda est negatio. Destruit primum dicens. si igitur illud impossibile est: hoc nimirum erit eligendū, videlicet, vt non addatur verbo. Cui autē debeat addi subdit: est ergo negatio eius quę est possibile esse ea quę est non possibile esse: & non ea quæ est possibile nō esse. Eadem quoq; ratio est de alijs modis. Sic igitur patet ꝙ negatio addenda est modo: & non verbo.

Idem.

Nam ut in illis esse & non esse fiebant additiones: res uero subiecta: alia album: alia homo: sic in istis esse quidem atq; non esse fiunt ut subiecta: posse uero atq; contingere additiones: distinguentes uerum & falsum in his: perinde ut in illis ipsum esse & non esse faciebant. Similiter hæ in eo quod est esse possibile: & esse non possibile.

Cōm. 32.

Solutionē dictam amplius explanare videtur: & vult ꝙ tales modi ita se habent in talibus: vt esse & non esse se habebant in illis: nam in illis de inesse verbum erat id penes quod fiebat additio negationis. Erant. n. verba additiones siue appositiones, siue p̄dicata res ipsæ vt album & hō: & id genus subiecta verbis erant. Sil'r in his ipsum esse & non esse se habent vt subiecta. modi vero se vt prædicata siue additiones atq; appositiones: quæ distinguunt verum & falsum in his veluti ipsum esse & non esse faciebant in illis: faciebant dico similiter vt hæ de possibili esse: & possibili non esse.

Modales cōtradictoriæ q̄ sint.

Huius autem quæ est possibile non esse negatio est non ea, quæ est non possibile est esse: sed ea quæ est non possibile non esse. Et eius quæ est possibile esse: non ea quæ est possibile nō esse: sed non possibile esse. Quapropter hæ possibile esse & possibile non esse: sese mutuo sequi uidentur: idem enim est possibile esse & non esse. Non enim eiusmodi sibi inuicem contradictiones sunt possibile esse: & possibile non esse, sed possibile esse, & non possibile esse: cum nunquam de eodem simul uere sunt: opponuntur enim. Neq; possibile non esse: et non possibile non esse simul ueræ sunt: unquam de eodem. Simili ratione & de eo quod est necessarium esse negatio, non ea quæ est necessarium non esse negatio erit, sed ea quæ est nō necessarium esse. Eius uero, quæ est necessarium nō esse, ea, quæ est nō necessariū nō esse. Et eius quæ est impossibile esse: non illa quæ est impossibile non esse: sed ea quæ est non impossibile esse. Huius etiam quæ est impossibile non esse: illa, uidelicet, non impossibile non esse.

Cōm 33.

In ijs modo exempla ponit: & colligitur regula hec ꝙ contradictoriæ sunt per negationem additam mō, ipso esse vel non esse in vtrisq; eodem modo se habēte. Cuius causam ait: quia hoc modo oppositione sumpta, non pn̄t de eodē verificari. Illo vero modo, videlicet, negatione accepta penes verbum: pn̄t sese sequi & de eodem verificari. Verba translatione perspicua sunt.

Dicta immodalibus subiecta, modi vero prædicata sunt.

Vniuersaliter itaq;, ut dictum est, ipsum quidem esse ac nō esse statuere oportet uti subiecta. Hæc uero ad ipsum esse atq; non esse adiungere affirmationem atq; negationem faciēdo: atq; has oppositas esse enuntiationes putare oportet, uidelicet, possibile, non possibile: contingens non contingens: impossibile, non impossibile: necessarium, non necessarium: uerum, non uerum.

Cōm. 34.

Ex ijs vniuersaliter concludit ꝙ harum propōnum dicta per esse vel non esse importata subiecta sunt. Modi vero vt p̄dicata: additiones ac appositiones habētur: Et quæ ait: translatione sunt ꝑspicua. Circa dicta plurimæ qōnes oriuntur. Prima est: quo nam modo esse & non esse in illis de inesse appositiones siue additiones sint. Res vero ipsæ vt albū hō, & id genus sint subiecta.

Digressio maxima. Prima dubiū. De appositionibus.

Rñsio aliquorū

Rñdent quidam ꝙ Aristo. per appositiones siue additiones intelligit formalia principia. sunt. n. esse & non esse formalia principia enuntiationū de inesse. Modi vero

ro formalia principia modalium. Et ita volunt ꝙ nec modi modaliũ: nec ipsum esse vel non esse illarum de inesse sint prędicationes siue prædicata. Sed hęc rñsio: nec re nec verbis est peripathetica. nullus.n. vnquã peri patheticus hoc loquendi mõ vsus est: sed bene cucullati metaphysicis studijs tm̃ addicti. Amplius doctissimus Boet. exponẽs verbũ illud græcũ prosthefes. Inquit: appõnes vocat prædicationes: vbi vult ipsum esse & non esse prædicata esse: quod quidẽ verbum ipsum græcum sonat: vt parũ græcis litteris peritis patet. Rursus Auerr. in paraphraxe huius loci vult ꝙ verbum sit magis prædicatũ ipso nomine: quia est forma: è qua omnis proficiscitur oronis vnio. Dico igitur ꝙ esse & non esse in illis de inesse prædicata sunt siue prosthefes: hoc est appõnes: quibus nomẽ nomini copulatur. Sĩr modi sunt appõnes siue prædicata modaliũ: quæq; à nonnullis formalia prædicata dicuntur: & non imperite. Vtrobiq;.n. modus modalibus esse vel non esse illis de inesse inhęrẽtiam significant prædicati ad subm. Hæc de apponibus. Post hæc quid sit possibile quidue necessarium & inesse transigamus. Arist. itaq; primo priorũ capite vndecimo, ipsum hendechomenon: quod latine est contingens sic describit: contingens est quo non existente necessario, posito autem esse aut non esse: ex illo nihil erit impossibile. Circa definitionem possibilis: videamus quid alij dicant. Dynaton quod nos possibile dicimus vniuersalius quid quàm necessariũ esse autumant. Diuidunt.n. enũtiationes hoc modo: ꝙ aliæ sunt possibiles: aliæ impossibiles: rursus possibilium: aliæ necessariæ: aliæ non necessariæ. Et iterum non necessariarum; aliæ possibiles: aliæ impossibiles. Est autem propositio non necessaria possibilis: cuius significatus põt prohiberi & non prohiberi à veritate: quod etiam Auic. sentit. Hæc stoici de ipso possibili. Sed hoc stare non potest. Primo: quia diuisio eorum falsa est: nam vna & eadem spẽs non potest esse genus & spẽs respectu eiusdẽ: quare non recte diuidunt propões possibiles per necessarias & nõ necessarias: & rursus non necessarias per possibiles atq; impossibiles. Huic etiam Auerr. obijcit. secundo physicæ auscultationis. cõm. 48. cuius rationes ibidem perquirantur. Disertus vero Diadorus inquit. Possibile est quod qñque erit: quandoq; non erit: adiecit rursus ipsius possibilis vnum significatũ, videlicet, id quod iam exiuit ad actum; quod nos diximus de inesse. aliud, videlicet, quod potest exire: nondum tamen exiuit. Nec hoc (vt mihi videtur) stare potest. Nã videtur illa definitio esse data à posteriori. Possibile.n. ideo erit vel non erit: quia est possibile: & non quia erit qñq; & qñq; non erit possibile. Philon inquit: possibile esse aut quod iam exiuit ad actum: aut quod potest exire: & si nunquam exiet: sicuti dicimus sensibile esse: quod est in profundum hostium. Nec hæc videtur competens, nam non distinguit inter possibile & inesse: sed confundit omnia. Ex Boetij commentationibus sumitur multifarius significatus verbi possibilis: vnus quidẽ est eius quod non est, potest tamen esse vt naualem pugnam esse. Alius eius quod actu est: & non potest deficere vt cygnum esse album: & solem oriri. Alius eius quod actu est: & potest non esse: quod dicitur possibile nõ esse: vt Socratem mori: si viuit. vltimus eius quod actu est: & nũquam non erit: aliquando tamen non fuit: vt igni calor aut niui frigus: aut animum esse. Aliquando enim non fuit: sed postquam est: nunquam deerit. Iuxta igitur has modos Albumasarus: vt Auerroes narrat in paraphraxe primi priorum: sic definitionem Arist. intelligit. contingens est possibile non necessarium: quo posito in esse: nullum sequitur impossibile. Ait.n. possibile genus esse ipsius contingentis: nam vt ait: omne contingens est possibile: & non econtra: quia possibile sequẽs ad necessarium est possibile: quod quidem non est contingens. Additur vero non necessarium loco differentiæ: hoc.n. differt à necessario. Illa vero particula. quo posito inesse nullum sequitur impossibile: est propriũ contingentis. Sed hæc expositio dupliciter peccat. Primo: quia possibile & contingens semper græci sumunt pro eodem. Solum.n. vt Porphyrius dicit differunt: ꝙ possibile põt infinitari: ipsum vero contingens non. Secundo videtur illa particula superflua, videlicet, quo posito inesse nullum sequitur impossibile. Potius enim deberet dicere quo posito in non esse: nullum sequitur impossibile. Auerroes vero intelligit per quo non existente necessario: genus contingentis siue possibilis: quod est nõ necessarium. Omne.n. contingens est non necessarium: & non econtra. Impossibile enim non necessarium est. Per id quod dicit posito aũt inesse nullũ sequitur impossibile. intelligit differentiam: & sic possibile siue contingens est non necessarium nec impossibile. Hanc expõnem intelligit Philoponus ibidem, cum inquit. Aristo. autem media via vsus est: & significatũ possibilis assignauit esse id quod nondum exit: põt tñ exire. Quare poſe esse est quod non exiuit: & potest exire vt nauale bellum esse. Possibile non esse est quod existit: & potest non esse: vt Socratem mori: vel non viuere. Consequenter per hæc patet quid sit inesse. Est.n. inesse possibile positum in actu: vt hominem currere. Non inesse vero possibile non esse ad actum deuentũ. Hoc autem græce est eine: eo quia inesse est: aut meeine: cum non sit actu. Ipsum vero necessarium: quod græce est anagacaeon: siquidem est: & non potest non esse: ipsum necessarium esse erit. Siquidem non est: & non potest esse: ipsum impossibile: siue necessarium nõ esse erit. Hæc de possibili contingenti: necessario & impossibili. Consequenter an modalis sit duplex de sensu composito vel diuiso: transigamus. Sorticolæ itaque communiter omnes propositionẽ modalem oẽm volunt esse distinguẽdã: qm̃ alia est de sensu diuiso: cũ modus mediat. Alia est de sensu composito cum præcedit: aut sequitur. quibus Aristot. secundo elenchorum capite secundo assentire videtur: dicens, ẜm compositionem sunt huiusmodi: vt posse sedentem ambulare: & non scribentem scribere. Non enim idem significat: si diuidens quis dicat: & componens: & ita tales propositiones hr̃e videntur sensum duplicem: quorum quidẽ dr̃iam nunc omitto: quia plurima ab illis passim scribũtur. Ego vero post tm̃ circa. Arist. libros: gręcos quoq; suos expositores studium: atq; laborem nõ memini me legisse eiusmodi nugas: quæ mentem impediunt à philosophia: & animum confundunt. Dico tamen Alexandrum aphrodisium: Philoponum: atq; Auer. cæterosq; peripatheticos fecisse vim in eiusmodi propõne. necessario currens ambulat: nam currens & ambulãs possunt aliqñ sumi pro subiecto: cui ambulatio & cursus accidunt: aliqñ pro accidente ipso: ambulatione, videlicet, & cursu. Siquidem pro subiecto: aiunt cõtingenter ambulans currere: siue currens moueri, si pro accidẽtibus necessario ambulans mouetur. nã ambulans necessario mouetur quatenus ambulat. Si igitur sorticolæ sensum cõpositum vocent qñ extrema pro accidẽtibus sumũtur:

Confutatio. Propria expõ. De possibili contingenti. Quid contingens. Stoici põe. Confutatio. Positio Diadori. Confutatio. Põ philonis. Confutatio. Positio Boe. De definitione possibilis. Positio Albu. Confutatio. Expositio Auer. Quid sit inesse. Quid necessarium. An modalis sit de sensu diuiso vel cõposito. Põ sorticolarũ. Confutatio.

tur:peripathetice loquuntur. Siſr quoq; ſi ſenſum diuiſum velint pro ſubiectis:et bene dicunt:& nec Ariſtot. nec expoſitoribus contradicunt. hoc.n.modo Ariſ. loquitur in lib.elenchorum.in lib.n.priorum cum hi ſenſus ad ſyllogiſticam formã dñam non faciant.ab Ariſt. non diſtinguuntur.In lib.vero elenchorum cum ad paralogiſmos conducat.Ibidem diſtinguit. Vlterius ſorticolæ dicunt illam de ſenſu compoſito eſſe de ineſſe. non autem modalem.At eam de ſenſu diuiſo ſolã faciũt modalem.Quod quidem deliramentum eſt.Primo,qa Ariſt.modos appoſitiones vocat ſe habentes: vt eſſe & non eſſe in illis de ineſſe:& nõ diſtinguit ſenſum aliquẽ. etiam nec expoſitor vllus græcus. Secundo,ſi eiuſmodi eſſent de ineſſe:tunc Ariſto.in lib.primo priorum tales nõ doceret ſyllogiçare niſi in ſyllogiſmis de ineſſe. Vbi conſtat illum non has ſyllogiçare in puris de ineſſe. Tertio,tunc in ijs contradictio eſſet ſumenda penes dictum & non penes modum.quod Ariſt. non concederet. Quarto, tunc tales probarentur ꝑm exigentiam primi termini: & non officiabiliter: vt ſorticolæ aiunt. Demum nec Alexander nec Auer.nec Philoponus hæc ſentiunt in lib.priorum:nec hic.

Quid ſorticolæ de modalibus.

Confutatio.

De ſitu modi.

Et de ſitu modi agamus:ab Ariſt. itaq; apte habemus tales modos eſſe proſtheſes ſiue prædicationes: ſiue appoſitiones. Quare ſi græcos ſectabimur modos ſemp in primo loco ſtatuemus:veluti verbum in illis de ineſſe.Si latinos ponemus in fine vt Boe.ſeruat. Sũt tñ nõnulli qui volunt hos modos dũ ꝓcedunt facere cõpoſitionem.dum vero ſequuntur: aut mediant facere diuiſionem:quod quidem friuolũ eſſe ex dictis patet. Nos enim cum peripatheticis dicimus ꝙ vbicunq; ponũtur eodem modo ſunt. noĩa.n.& verba trãſpoſita idem ſignificant:ſemper tñ vbicunq; ſint: multiplicẽ propõnẽ efficiunt:quatenus ſubm põt ſumi pro ſubiecto & materia,& pro accidẽte vt diximus: quod quidem ad rem ſyllogiſticam non refert. Et quonã mõ tales modi modales efficiant propõnes dicamus.Sorticolæ itaq; aiunt modos: tunc efficere propõnes modales: cum aduerbialiter tenentur. Mouentur quia aduerbialiter tenta ſunt ſyncathegoremata: nominaliter vero ſumpta ſunt cathegoremata. Propterea dicũt eiuſmodi hoĩem comedere eſt contingens: aut ſolem oriri eſt neceſſarium eſſe de ineſſe,& non modales:niſi ꝑm quid:& metaphorice velut hõ pictus eſt hõ. Hæ vero ſunt modales, cõtingẽter hõ currit.neceſſario ſol oritur: & id genus.Pro his ſolebamus arguere.primo:quia in qualibet illarum notatur prædicatum ineſſe ſubiecto.Igitur eſt de ineſſe. Secundo facio hunc ſyllogiſmũ.oẽ contingens eſt poſſibile.hoĩem currere eſt cõtingens.Igitur hoĩem currere eſt poſſibile.hic nãq; ſylľs eſt in ſpecie ſyllogiſmorũ, & de ineſſe.Igitur illæ propõnes ſunt de ineſſe. Tertio, tunc propoſitio contingens conuerteretur in terminis contra Ariſt. primo priorũ, quia bene ſequitur hoĩem currere eſt contingens.Igitur cõtingens eſt hoĩem currere. Quarto hæc cõuertiť.B. eſt.A. igiť nullũ.A.eſt.B. ſed quoduis horũ põt eſſe ſubiectũ huius noĩs contingens.Igitur bene valet.nullũ.A.B. eſt contingens.igitur nullũ cõtingens eſt. A.B.Quinto valet aliquod poſſe eſt hoĩem currere. Igiť hoĩem currere eſt poſſe. Multa alia dicuntur: quæ cum ſint friuola: omitto. Sed hæc põ ſtulta eſt:& ſtultiſsimum eſt contra eã eſſe ſollicitũ. primo Topi.Boetius.n.Ammonius:Porph.nullam vim faciunt in talibus quocunq; mõ illi modi ſumantur. Oẽs enim dicunt idem ſignificare iuſtum: & iuſte:idem bonum & bene. & per conſequens idem ſignificat cõtingens quod cõtingenter, neceſſarium quod neceſſario.

Põ ſorticolarũ.

Põ propria.

Quõ modi efficiant modales.

Confutatio.

Dico igitur ꝙ Ariſto. nec illas vocat modales nec has de ineſſe:ſed ſolum ait alias:eſſe de ineſſe.alias de neceſſario ineſſe.alias de poſsibili ineſſe. Quicquid tamen ſit ſectando ſorticolas dicerem tales propõnes poſſe accipi ꝑm ſe totas:& hoc mõ hæc eſt de ineſſe: neceſſarium eſt ſolẽ oriri:& id genus,aut ꝑm dicta:quibus modi appõnes ſunt: ſiue prædicationes: & tunc ſunt modales. Qua rõne patet argumenta nulla eſſe. Penes quid vero contradictio in talibus ſumenda ſit:dicamus. Anonymi:quos narrat Philoponus primo priorũ. dixerunt in illis de contingenti vel poſſi cõtradictionẽ eſſe ſumẽdam per negationẽ propoſitam toti ſemper. In illis de neceſſario ineſſe dupliciter præponendo mõ: & ꝓponẽdo verbo: hæ.n.contradicunt neceſſario oĩs hõ eſt animal:& neceſſario quidam hõ non eſt animal:velut illæ. neceſſario omnis hõ eſt aĩal: non neceſſario oĩs hõ eſt aĩal.Pro ijs facit Ariſt.primo priorum vbi docet ſyllogiçare in quarto ſecundæ:& quinto tertiæ.& docet reducere eos per oppoſitum concluſionis in his de neceſſario ineſſe: ei dum ſumit oppoſitum:accepit cõtradictorium in dicto:& non in mõ.Amplius Ariſt. docet ſyllogiçare ex puris neceſſarijs in ſecunda figura: ex cõtingẽtibus vero dicit nihil in illa ſyllogiçari: hoc ãt nõ eſſet ſi vis neceſſariæ eſſet vis affirmationis. Idcirco abſolute apud Ariſt.dico ꝙ contradictio ſumi debet penes negationem vel affirmationẽ modi.ſunt aũt modi ſex: poſſibile:contingens,neceſſarium,impoſſe,verum,falſum: licet verum & falſum ſint modi ꝑm vſum:non ꝑm veritatem cum reducantur ad illos vt diximus. Quare quęlibet modalis põt eſſe aut tota affirmatiua: quotiẽs modus & dictum ſunt ambo affirmationes.aut tota negatiua cum modus & dictum negantur. aut partim affirmatiua & partim negatiua: cum vel modus vel dictum affirmatur cæterum negatur. Abſolute tñ ſumenda eſt cõtradictio penes modos. Tunc ad rõnes.ad primam dico ꝙ docet reducere illas per contradictorium dicti: qm̃ vis illius eſt maior quam virtus illarum de ineſſe.

Propria poſitio

Penes quid contradictio.

Propria ſolutio.

Modalium numerus.

Ad ſcd̃m non eſt abſurdũ ſyllogiçare ex affirmationibus in ſecunda figura in aliquibus modalibus:qñ dicta illarum habent vim propõnum de ineſſe.In contingentibus vero non ſic:qm̃ dictũ contingentis non põt habere vim propõnis negatiuæ de ineſſe cum conuertatur ad oppoſitam qualitatem. Et de quantitate talium agamus. dicunt itaq; ſorticolarum nonnulli tales enũtiationes ſiue propoſitiones nullius eſſe quãtitatis. Mouentur quia terminus ſubiectus ſuſpenditur à propria denominatione. Amplius quia non menſuratur à propria acceptione reſpectu ſuppoſitorum:& ita volunt tales enuntiationes nullius eſſe quantitatis. Hæc poſitio non eſt peripathetica. Primo: quia Ariſtot. vbique vbi aut propoſitionem aut enuntiationem diuidit: ſemper per vniuerſale & particulare & indefinitum diuiſit:& nullam excluſit. Amplius omnis propoſitio vel enuntiatio ex materia conſtat:& forma. Igitur ſicut ratione formæ dicitur qualis affirmatiua, videlicet, vel negatiua:ita ratione materiæ dicetur quanta vniuerſalis,videlicet, vel particularis aut indefinita. Tertio ex non quantis non fit ſyllogiſmus: aliter non regularetur per dictum de omni vel de nullo: & eſſe in toto. Poteſt igitur dici & peripathetice quòd in talibus poteſt notari quantitas triplex. Vna penes modum. Alia ratione ſubiecti ipſius dicti. Tertia reſpectu totius dicti quatenus

De quantitate. Põ prima.

Confutatio.

Propria põ.

Modales de necessario & impossibili, sunt vniuersale, de contingenti vero & possibili particulares, & omnis est singularis quo ad dictum.

quatenus est vnum singulare dictum respectu illis propositionis. Si respectu modi necessarium & impossibile faciunt vniuersalem: qm̄ pro omnibus suppositis temporis: vt Auer. inquit in lib. priorum: vt deum esse est necessarium: quoniam in omni differentia temporis. Similiter & hæc. impossibile est hominem esse æquum: quia in nulla differētia tēporis erit vel est vel fuit equus. Hæ sunt particulares: contingens esse: possibile esse: qa pro aliquibus differentijs temporū. Si respectu subiecti dicti: sic erit quanta iuxta signi subiecto additi naturā. Et pro hac docet syllogiçare Aristo. in prioribus. Si vero respectu totius dicti: sic est singulare: quoniam vt sic dictū singulariter tentū subijcitur: modus prædicatur vt sentit Boetius. Per hæc patet solutio ad obiecta. Et de appositionibus dicamus: est. n. maximū dubiū: cur Aristoteles solum docuit contradictionem sumere: & non contrarietatem: vel alias oppositiones. Patet enim ꝙ hoc ideo fecit: quia loquitur de his secundum se totas: & cū vt sic sunt solum singulares: & in singularibus nulla sit oppositio nisi contradictoria: ideo docuit solū contradictionem. Hæc de modalibus.

De oppositione

De conuersiuis modalium consequentijs.

Consequentiæ uero etiam per rationem fiunt hoc modo ponentibus. Ad illam. n. quæ est possibile esse hæc sequitur, quæ est contingens esse: atq; hæc cum illa conuertitur, uidelicet, & non impossibile esse, & nō necessarium esse. Ei uero, quæ est, possibile non esse, & contingens non esse, ea, quæ est, non necessarium non esse, & illa quæ est, non impossibile non esse. Illi præterea, quæ est, non possibile esse, & non contingens esse, ea, quæ est, necessarium non esse, & impossibile esse. Ei rursus, quæ est non possibile non esse, & non contingēs nō esse, illa quæ est necessariū esse, & impossibile nō esse. Consideretur autem quod dicunt, ex subscriptione hac.

Consequentię modalium, secundum antiquos.


a	c
Ordo primus.	*Ordo tertius. Ãncedētes.*
Possibile esse	Non possibile esse
Contingens esse	Non contingens esse
Sequentes.	*Sequentes.*
Non impossibile esse	Necessarium non esse
Non necessarium esse.	Impossibile est esse
a *Ordo scd's. Antecedētes*	*Ordo quartus. Ãncedētes.* c
Possibile non esse	Non possibile non esse
Contingens non esse	Non contingens non esse
Sequentes	*Sequentes*
Non necessarium non esse	Necessarium esse
Non impossibile non esse	Impossibile non esse.
a	c

Cōm. 35. De quo igitur nunc Aristoteles agit: videtur ambiguum nonnulli volunt Aristot. nunc agere de æquipollentijs. Sed hoc non placet. Nam apud sorticolas æquipollentia inuenta est vt ignotior propositio ad notiorē transferatur. Modo Aristot. docet transferre non tm̄ ignotiorem ad notiorem: sed econuerso indifferenter. Philoponus appellat inscriptionem presentem conuersionem: qua, videlicet, vna propositio in aliam vertitur. Aristot. vero hacoloutheses hoc est consequentias: & hantistrephes: hoc est conuersiones. Quoniam vna ad alteram & econuerso sequitur. Videtur igitur intentio partis de consequentijs conuersiuis modalium esse. Ante igitur quam ad rei veritatem veniat: primo constituit ordines & consequentias ẜm antiquos: quos græci volunt fuisse stoicos: deinceps circa illam figurā disputat quid bene & quid male dictum est: ponēdo regulas conuersionum atq; cōsequentiarum. Et hoc proponit dicēns: consequentiæ vero etiam per rationem fiūt hoc modo ponentibus: & subdit regulas illorū: quæ ex subscriptione apparet. Vbi debes scire. Primo ꝙ oīa quadrangula ipsorum. aaaaa. ab ipsis stoicis vt antecedentia statuebantur. Omnia vero ipsorum. bbbbb. vt consequentia conuersim collocabantur. Secūdo debes scire ꝙ consequentiæ & omnia quæ dicuntur de his: accipiuntur per terminos transcendentes esse, videlicet, & non esse: vt sint communes ad omnes alios prædicamentales: cuiusuis quantitatis sint: si tamen velles: posses terminos specificare ad libitum. Reliqua verba textus ex subscriptione figuræ patent.

Possibile & impossibile contradictoriã sequuntur.

Ipsum igitur impossibile atq; non impossibile ad ipsum contingens atque possibile: & rursus ad non contingens & non possibile: sequuntur quidem contradictorie: conuersim tamen. Nam ad ipsum possibile esse: ea negatio ipsius impossibilis sequitur: quæ est non impossibile esse. Ad negationē uero affirmatio. Ad nō possibile nāq; esse: impossibile esse: quia impoſe esse affirmatio est. Non impoſe uero negatio.

Subscriptio Aristot. possibilium & contingentium cum ipso impossibili.



Cōm. 36. *Prima reg.* Corrigit dictam positionem: & vult esse veram quo ad omnia quæ dixit de possibili & cōtingēti: & de ipso impossibili. In quibus verbis innuit duas regulas. Prima: contingens quouis modo sumptum conuertitur cum

cum possibili eodem modo sumpto.causa est: qa sunt idem oino non differunt, vt Porphy.dixit: nisi quia possibile infinitari potest sine particula negatiua: cõtingẽs vero minime. Non.n.dicimus incõtingens, vt dicimus impo'e: sed dicimus non contingens. Quare po'e esse & contingens esse primi anguli siue quadranguli ipsorum. A. conuertuntur. Sic singulæ singulorum quadrãgulorum eiusdem lateris. Hanc regulam non explicat Aristo. sed dat eam intelligere. Secunda regula. po'e & impo'e sese sequuntur cõtradictoriæ: hoc est per negationem præpositam. Seruatis.n.dictis eodem modo quo ad qualitatem & quantitatem: fiunt æquipollẽtes ei conuertibiles per solam negationem præpositam. Huius declaratio est ꝙ possibile siue cõtingens ad ipsum impo'e se habet cõtradictoriæ. Dicebamus enim ꝙ in modalibus est triplex quantitas: quarum vna est respectu suppositorum temporum. Et de hac Aristo. loquitur hic: & hoc modo impo'e est v'e ad nullam differentiam tp̄is: contingens vel possibile particulare ad quasdam differentias temporum. Necessariũ vero v'e ad oẽm differentiam tẽporũ: quare recte dicit ꝙ æquipollentia contingentis siue possibilis ad ipsum impo'e accipitur contradictorie, hoc est per negationem prę-positam modo: quia possibile ad ipsum impo'e se habet contradictorie. Inquit. {Ipsum igitur impo'e atque non impossibile ad ipsum contingens atque possibile: & rursus ad non contingens & non po'e: sequunt̃ quidem contradictoriæ singula singulis distribuendo: vt non possibile ad impo'e: non impossibile ad possibile: & de contingenti eodem modo. Addit conuersim tñ: quia non modo æquipollenter, sed conuertibiliter sese sequuntur. Huius epõnem subscribit dicens: nam ad ipsum po'e esse: ea negatio ipsius impo'is sequitur: quę est nõ impossibile esse. Ad negationẽ vero affirmatio vt ad non possibile esse: impossibile esse. Quia impo'e esse affirmatio est: non ĩpossibile vero negatio. Sic igitur quo ad has duas regulas stoici recte sensere.

Secũda regula.

Declaratio regule.

Necessariũ & impossibile se sequuntur contrarie, non aũt contradictoriæ

Ad ipsum necessarium quo nam modo se habeat: considerandum est. Perspicuum itaque ipsum non illo modo sese habere. Nam contrarie quidem sequitur, contradictorie vero non.

Cõm. 37. Tertia regula.

Nũc quo nam modo ipsum necessarium se habeat ad ipsum impossibile declarat. Et ponit talem regulam tertiam ꝙ necessarium & impossibile sese sequũtur cõuersim contrariæ: non aũt contradictoriæ. Hoc est per negationem postpositam modo: & non per negationem præpositam. Huius regulæ ratio est: quia necessariũ & impossibile opponuntur contrariæ: quia impossibile pro nullo supposito temporis: necessarium pro omni supposito temporis: ideo æquipollentiæ erunt per negationem postpositam; ea ratione, videlicet, qua fit in contrariis. Et in hoc patet error dictæ figuræ. Inquit. At ipsum necessarium quo nam modo se habeat considerandum est. Perspicuum itaque ipsum non illo modo sese habere quo impossibile & possibile se habent: nam contrariæ quidem ipsum necessarium sequitur ad ipsum impossibile. contradictorie vero sequitur: siue vt in græco iacet: contradictorie per negationem præpositam est extra: & non se inferunt.

Rõ regulæ.

Necesse nõ esse & non necesse est non contradicit, quia possunt esse ambæ vera

Neque.n.eius qd' est necesse non esse: negatio erit non necesse esse. Possunt.n.ambę de eodem esse uerę. Nam id quod necessarium non esse: est non necessarium esse.

Objiciet quis contra Aristotelem. nam necesse est esse contradicit illi quod est necesse esse, igitur æquipollet illi, non necesse est esse. Equipollet illi, non necesse est esse, igitur non æquipollet illi: impo'e est esse qm̃ vnius propositionis vna est æquipollẽtia. Respondet negando assumptum ꝙ hæc, necesse est non esse, contradicat illi, non necesse est esse: Immo vt dicit stãt simul, qm̃ hominem esse equum est necessarium nõ esse: & non necessarium esse: quia non necessariũ esse est possibile altum, quod sequitur ad impossibile ꝟm vnũ dimidiũ: & ad necessariũ ꝟm aliud. Inquit: neq; enim eius quod est necesse non esse, negatio erit non necesse esse. Possunt enim ambæ de eodem esse veræ, nam id quod est necessarium nõ esse: vt hoĩem esse equum: est non necessarium esse: hoc est contingens altum: quod ꝟm alterum dimidium prædicatur de impossibili: ꝟm alterum de necessario. *Cõm. 38.*

Causa uero cur non sese sequantur quemadmodum cæteræ, est: quia ipsum impossibile contrarie sumptum æquipollens redditur ipsi necessario. Nam quod impossibile est esse, non quidem ipsi necesse esse, sed potius ipsi necesse non esse. æquipollet. at quod impossibile est non esse, hoc necessarium est esse. Quare ut ea illa ratione se sequũtur possibile, uidelicet, & non possibile, ita hæc contrariæ. Quoniam illo modo non significabunt idem necessarium & impossibile, sed modo nunc dicto conuertuntur.

Tertiæ regulæ intellectus.

Cõm. 39.

Nunc reddit cãm tertiæ regulæ, & quia ex dictis patet. Lego litteram. Cã vero cur non se sequuntur hæc de necessario & illa de impossibili: queẽadmodum cæteræ, videlicet ꝑ negationem ꝓpositam, est, quia ipsum impossibile contrarię sumptum ꝑ negationem postpositam æquipollens redditur ipsi necessario. nam quod impo'e est esse: non quidem ipsi necesse esse: sed potius ipsi necesse non esse ęquipollet. At quod impo'e est nõ esse, hoc necessarium est esse. Iõ infert regulas ambas dicens. Quare vt ea, videlicet, possibile & non possibile illa ratione per negationem præpositam se sequuntur, ita hæc contrariæ per negationem postpositam, quoniam illo modo sumpta per præpositam negationem non significabunt idem, sed modo nũc dicto per postpositam negationem conuertuntur.

An impossibile est sic poni ipsius necessarij contradictiones, nam ad ipsum quidem necessarium esse, sequitur possibile esse. si enim non sequitur illius negatio sequetur. Cum sit necessarium aut affirmare, aut negare. Quare si non possibile est esse, impossibile est esse. Igitur id quod necesse est esse, impossibile est esse, quod quidem est absurdum.

Nunc disputat quo nam modo ipsum necessarium coordinetur cum ipso possibili. Et probat ꝙ nõ bene ordinatur, vt fecerũt Stoici in primo angulo sine quadrangulo lateris ipsorum. C. Illi enim volebãt hęc se mutuo sequi possibile esse & non necesse est esse, probat igitur ꝙ negatio præposita non facit æquipollentiam in his. Et vtitur tali enthimemate, ad necessarium esse sequit̃ po'e esse, igitur ipsum possibile esse non sequit̃ ad ipsum non necessarium esse: per regulam prioristicam. nihil vnum sequitur ad duo cõtradictoria. Quod autẽ possibile esse sequatur ad necessariũ esse, probat: quia si nõ sequitur ipsum possibile esse ad illud, sequit̃ ad illud non possibile esse, qm̃ si vnum contradictoriorum non sequitur, alterum ad illud sequi necesse est. Quod si ad necesse esse sequitur non possibile esse, tũc sequitur impossibile esse, per regulam traditam paulo ante. *Cõm. 40.*

Ad contradictoria nõ sequitur vnum formali sequela.

ante.& ita ad necesse esse sequetur impossibile esse. Inquit, an impossibile est sic poni ipsius necessarij cõtradictiones, videlicet ꝑ negationem præpositã, vt stoici fecerunt. Quod probat dicens. nã ad ipsum quidẽ necessarium esse, sequitur poſſe esse. subaudi tu. igitur ipsum possibile esse nõ sequitur ad non necesse esse: ꝑ regulam prioristicã. nullũ vnũ sequitur ad duo cõtradictoria. Quod aũt poſſe esse sequeᵗ ad necesse esse: probat dicens, si. n. non sequitur: illius negatio sequitur, videlicet, non poſſe esse: cũ de quolibet sit necessariũ aut affirmare aut negare. Et ita sequetur ad necesse esse nõ possibile esse, quasi si non possibile est esse: hoc est quare si ad necesse esse, sequitur non possibile est esse: sequetur impoſſe esse, quia non possibile esse: & impossile esse æquipollent: per regulã secundam. Igiᵗ id quod necesse est esse: impossibile est esse, quod quidẽ est absurdum, & ita oportet dicere ad necesse esse sequi possibile esse: & per consequens ipsum possibile esse nõ sequetur ad non necesse esse. Quia nihil sequitur vel conuertitur cum duobus contradictorijs.

Insuper etiam ad possibile esse sequitur non impossibile esse. ad hoc autem non necessarium esse sequebatur: quare fieri posset ut id quod necessarium est, non necessarium sit: quod quidem est absurdum.

Cõm. 41. Secundo arguit, possibile esse sequiᵗ ad necesse esse igitur ad poſſe esse non sequitur non necesse esse: deducit, quia vbi possibile sequitur ad necesse esse: valet necesse est esse. Igitur possibile est esse. Vltra, possibile est esse: igitur non impossibile est esse: ꝑ secundã regulam. Vltra, non impoſſe est esse: igiᵗ non necessariũ est esse, quia per stoicos nõ necesse esse, & non impoſſe esse conuertebantur: & ponunᵗ in vno angulo. Quare si possibile sequetur & conuertetur cũ non necesse esse, cum ipsum sequatur ad necesse esse, tunc ad necesse esse sequetur non necesse esse. Sic igitur per duas rationes patet hæc non conuerti, possibile esse, & non necesse esse. Inquit, insuper etiam subaudi ad necesse esse sequiᵗ poſſe esse, igitur non necesse esse non sequitur ad possibile esse: quod deducit dicens, ad possibile esse sequitur nõ impossibile esse, ad hoc per stoicos non necesse esse sequebatur: quare fieri posset vt id quod necessarium est, non necessarium sit.

At uero neq; necesse esse sequitur ad possibile esse. Nec ad idem sequitur necesse non esse. Ei nanq; utrũq; accidere potest, horum uero utrũuis uerum sit: non erunt profecto illa uera. Id enim simul possibile est esse, & non esse. At necessarium si est uel non est: non erit ad utrũq; possibile.

Cõm. 42. Hactenus fortasse probauit ꝙ possibile esse, & non necesse esse non conuertuntur sumendo possibile pro poſſi alto, nũc ꝙ sumendo possibile pro contingenti ad vtrũq;: probat etiã ꝙ non conuertitur cũ necesse esse, nec cũ necesse non esse. Vtitur aũt tali ratione, quodlibet contingẽs hoc modo sumptũ est ad vtrũq;. Necessarium nõ est ad vtrũq; siue sit necesse esse siue necesse non esse, igitur necesse esse non potest conuerti cum possibili: nec necesse non esse, Inquit. At vero neq; necesse esse sequitur conuersim ad possibile esse, nec ad ipsum idem possibile sequitur necesse non esse. Deinde accipit maiorem dicens: ei nãq;, videlicet, possibili esse vtrũq; accidere potest, quia conuertitur ad oppositam qualitatem: hæc est maior. Deinde sumit minorem, dicens. horũ vero vtrũuis, videlicet: vel necesse esse vel necesse non esse verum sit: non erunt profecto illa vera: ambo, videlicet, esse & nõ esse, quod explicat dicẽs. id. n. simul possibile est esse & non esse: qm̃ possibile cõuertitur ad vtrunq;. Ad necessarium si est, vel non est: nõ erit ad vtrũq; poſſe: ipsum igiᵗ necesse esse: & ipsum necesse nõ esse cum ipso possibili conuerti non potest. *Quarta regula*

Relinquitur igitur non necessarium non esse sequi ad possibile esse. Hoc nanque uerum est de eo quod est necesse esse. *Non necesse non esse & possibile esse conuertuntur.*

Ex dictis dat quartam regulam: ꝙ, videlicet, negatio præposita mõ necessitatis, & postposita facit æquipollere ipsi de poſſi esse. Huius cã est: quia necesse esse: & possibile esse se habent vt subalternæ. nam ipsum necesse esse est vl'e temporis. ipsum possibile esse est particulare. Sed negatio pręposita & postposita facit ęquipollere suo subalterno. Hæ igitur conuertuntur. non necesse non esse: & poſſe esse. Et hæ, non poſſe non esse: & necesse esse. Sed dices, poſſe ęsse stat cũ necesse eẽ. & cum ipso necesse esse non stat ipsum nõ necesse non esse, quasi soluens. Inquit, hoc nanque, videlicet, non necesse non esse verum est de eo quod est necesse esse: aut fortasse sic intelligit. hoc nanq; hoc est non poſſe non esse verum est de eo: quod est necesse esse. Sic igitur in his accipitur æquipollentia per negationem præpositã & postpositam. Et ita patet quarta regula. *Cõm. 43.*

Hac. n. etiam ratione contradictio fit ei quæ sequitur ad non possibile esse. ad illud. n. sequitur impossibile esse & necessarium non esse, cuius negatio est non necessarium non esse. Igitur & hæ contradictiones modo dicto se sequuntur, atque nihil impossibile sequetur, si sic ponantur. *Cum hac, non necesse non esse sit huic contradictorius nõ possibile esse conuertetur cum ista possibile esse.* *Cõm. 44.*

Persuadet responsionem, & regulam datam, videlicet, ꝙ non necesse non esse æquipolleat ad poſſe esse. Et ait, quia hæc contradicit illi: nõ poſſe esse. igitur sequitur ad hanc, poſſe esse. quicquid. n. contradicit vni contradictoriorum stat cum altero. Quod aũt cõtradicat ad non poſſe esse declarat: quia non possibile esse, & impossibile esse: & necessarium non esse conuertuntur, modo non necesse non esse contradicit illi, necesse nõ esse. nihil. n. verius est contradicere: q̃ per negationẽ præpositam, & ita hæ contradicunt: necesse non esse, & non necesse non esse. quare hæc contradicit illi, impossibile esse: & non possibile esse, quod erat probatio nostra. Inquit, hac. n. etiam ratione ipsum non necesse nõ esse contradictio fit ei quæ sequitur siue est idẽ cum non possibile esse. Et ita si hæc, non necesse non esse: contradicit illi: non possibile esse: stabit cum hac, videlicet, poſſe esse: quia possibile esse & non possibile esse contradicunt. Quod autem non necesse non esse contradicat ad non possibile esse: probat dicens. ad illud enim; videlicet, non poſſe esse: sequitur impossibile esse per secundam regulam: & necessarium non esse per tertiam regulam. Cuius necesse non esse negatio est ꝑ præpositam particulam non necessarium non esse. Igitur concludit: & hæ contradictiones modo dicto se sequuntur: atq; nihil impossibile sequetur: si sic ponantur. Est igitur vis rationis, non necesse non esse contradicit ad non possibile esse. Igitur stat conuersim cum possibile esse. Quarta itaq; regula est, negatio præposita & postposita facit conuersionem in his de necessario & possibili.

Dubitauit aũt quispiam utrum ad necesse esse ipsum possibile esse sequatur. Nam si non sequitur, contradictio, uidelicet, non possibile esse sequetur. Et si quis dicat non hanc cõtradictionem, necesse erit eum dicere contradictionem esse hanc, uidelicet possibile non esse, quæ quidem ambæ de ipso necesse esse falsæ sunt. *Arguit quod ad necesse esse sequitur possibile esse.*

Quoniam

Cõm.45. Quoniam accepit ad necesse esse sequi poſe, idcirco dubitat vtrum ad necesse esse sequatur poſe. Et primo arguit ꝙ sic, nã si ad necesse esse non sequitur poſe esse: sequetur suum contradictorium, videlicet, non possibile esse: per regulam contradictoriarum quæ dicit ꝙ de quolibet dicitur alterum. Vltra, ad necesse esse sequitur non possibile esse, igitur sequetur impossibile esse: per regulam æquipollentiarum, non possibile esse dicẽtem valere impossibile esse: quod est absurdum. Dices forte ꝙ cõtradictorium eius quod est possibile esse: est illud possibile: nõ esse, per negationem postpositam: & licet hoc sit contra regulam secundam, probat etiam non esse benę dictum. Et inquit, ꝙ etiam hæc repugnat ad necesse esse: non enim stant simul necesse esse: & possibile non esse. Per hanc itaq; rationem possibile esse videtur sequi ad necessarium esse.

At uero rursus id quod idem est diuidi & non diuidi: atq; eſse & non poßibile uidetur, quare ipsum neceſse eſse erit contingens non eſse: quod quidem falsum est.

Cõm.46. Ad oppositũ arguit. Et probat ꝙ necesse esse non sit possibile esse: nam possibile esse est ad vtrunq;. Ipsum necesse esse est ad vnum. Non igitur põt necesse esse dici possibile esse: quia etiam diceretur possibile non esse. Et ita videtur quæstio dubia pro vtraq; sui parte.

Ex.2. Metaph. Potẽtiarum alia rationalis, alia irrationalis, quarum rationalis oppositorum est, irrationalis ad vnum determinata, & ab iis sumitur possibilis determinatio.

Perspicuum itaq; non omne quod potest aut esse aut ambulare, etiam opposita ualere. Sunt enim quædam in quibus non est uerum. Primum quidem in ijs, quæ nõ per ratiõnẽ possunt, ut ignis potest calefacere: & potẽtiam habet irrationabilem. Hæ itaq; potentiæ, quæ per rationem sunt, eædem etiam plurimorum sunt contrariorum. Quæ autem sine ratione sunt, non omnes tales erunt: quia, ut dictum est, ignis non potest calefacere & non calefacere. Nec cætera alia quam agunt semper. Quædam tamen possunt etiam per irrationabiles potentias simul opposita suscipere. Dictum est autem hoc hac de causa: quia non omnis potentia oppositorum est susceptiua, neq; omnes eædem specie dicuntur.

Cõm.47. Soluit quæstionem. vbi debes scire ꝙ vt in græco dinaton hoc est possibile deriuatur à diname hoc est potentia: sic apud nos possibile dicitur à potentia: vt igitur potẽtia est multiplex: sic possibile erit multiplex. Potẽtia vero est quædam actiua, quædam passiua. Rursus siue actiua: siue passiua, est alia rationalis: alia irrationalis. Potentia itaq; actiua irrationalis: omnino est determinata ad esse: qua ratione dicetur potẽtia ſm dimidium. Passiua vero siue rationalis vt intellectus: siue irrationalis vt materia prima: atq; subiectum est indifferens ad opposita. Similiter actiua rationalis (vt voluntas vt nõnulli sentiũt) est ad opposita. Propterea inquit, dictum est autem hoc siue hæc diuisio de potẽtia ipsa dicta est ad indicandum ꝙ non omnis potentia oppositorũ est susceptiua: neq; oẽs eædem specie dicuntur: vt visus & auditus alterius speciei sunt, aliæ eiusdem vt omnes visus: vel omnes intellectus humani. Quare vt potentia alia est ad vnum dimidium tm̃, puta ad non esse, Alia ad vtrunq;: sic & possibile: quod denominatur à potentia ijs modis dicetur. Hæc est solutio quæstionis, verba translatione patent. Quo vero ad verba ipsa græca attinet: verbum illud hoſe: licet latine sit quęcunq;. hic trãstuli omnes: quia ad aures sonat magis.

Cum itaq; potẽtiæ nonnullæ multiplices sint, ipsum quoq; possibile non simpliciter erit. Sed aliud quidem cum in actu sit, uerum erit: ceu potest aliquid ambulare, cum ambulat: & omnino aliquid potest eße cum iam actu sit, quod quidem posse eße dicitur. Aliud uero cum forsitan aget, ut potest quidpiam ambulare, quia forsitan ambulabit.

Accepit ipsum possibile dici nõ vno modo per hoc ꝙ potentia non dicitur vno modo: nũc idem altius explicando inquit. Cum itaq; potentiæ nonnullæ multiplices sint: cum alia sit ad vnum tm̃: alia ad vtrunq;: ipsum quoq; possibile: quod à potentia traducitur, non simpliciter siue vno modo erit: sed etiam multiplex. Verbum illud multiplices græce est omonimæ: & licet latine sit æquiuoce: hic non sonat vt expositores & Boetius intelligunt. Vno igitur modo aliquid dicitur possibile pro eo, qđ est de inesse: vt potest aliquid ambulare vel esse: cum ambulat: aut est iam. Alio modo dicitur ꝑ eo quod nondum exiuit ad actum: sed forsitan exibit. Vt põt quidpiam ambulare, quia forsitan ambulabit. Cõm.48.

Et hæ quidem potentia in rebus, quæ mouentur duntaxat est, illa uero etiam in immobilibus. At per utrasq; uere dicitur aliquid potest ambulare aut eße: atq; quod ambulat & iam actu est: etiam ambulare potest. Possibile itaq; de ipso necessario hoc modo non simpliciter uere dicetur, sed alio modo uere. Quare cum ad particulare uniuersale sequatur, ad ipsum neceße eße sequetur possibile eße, non tamen omne. Ad necesse esse sequitur possibile esse scd̃m dimidium, i. qđ non est ad opposita.

Tangit differentiam & conuenientiam inter dictas potentias, & vult ꝙ illa potentia, quæ est ad opposita solum locum habeat in quæ mouentur, eiusmodi sunt corruptibilia & variabilia, potentia vero ad vnum tm̃ etiam in immobilibus reperiri potest. Dicimus. n. solẽ posse oriri: deum posse esse: & talia. Ponit tamen conuenientiam ꝙ per ambas aliquid denominari põt possibile: vt tam id quod nondum est: sed forsitã erit: quam id quod ambulat: & iã in actu dicitur posse ambulare. Tunc quasi rñsionem epilogando soluit ad formam, & inquit, possibile itaq; de ipso necessario hoc modo ad vtrunq; sumptum non simpliciter vere dicetur, sed alio modo vere dicitur: cum accipitur pro dimidio, quare infert: cum ad particulare vl'e sequatur: ad ipsum necesse esse sequetur possibile esse: non tñ omne: sed ſm dimidium. Videtur. n. ipsum necesse esse vt particulare quid: quia ad esse tm̃: ipsum contingens vt vl'e: quia ad esse: & non esse. Quærunt iuniores vtrum necessarium sit particulare respectu contingentis. Ego dicerem ꝙ contingens & necessarium possunt cõsiderari respectu suppositorum temporis: & hac ratione ipsum necessarium est vl'e: cum sit de omni tempore: ipsum vero contingens est particulare: cum sit de aliquo tempore. Aut respectu suppositorum rei: & hoc modo contingens est vl'ius ipso necessario: cum cõpetat mobilibus & immobilibus. Necessarium vero immobilibus tm̃. Cõm.49.


Est itaq; etiam principium omnibus forte rebus, quæ sunt aut non sunt, ipsum necessarium atq; non necessarium: & reliqua ut ad hæc consequentia consideranda sunt. Perspicuum nãq; est ex ijs quæ diximus id quod est neceſse eſse, actu eſse. Quare cum ea quæ sunt sempiterna, priora sint: etiam quod est actu ipsa potestate prius erit. Neceße esse præcedit oẽs modales.

Stoici sumpserunt ordinem æquipollẽtiarum ab ipsis contingentibus, & deinde per regulas contingentiũ dederunt ordines in alijs. Arist. igitur reprehendit eos, & probat ordinem esse sumendum à necessarijs siue nõ necessarijs. Immo declarat ipsa necessaria siue non necessaria esse prima consideratione, reliqua esse consideranda, vt consequentia ad hæc. Syllogiçat aũt hunc in modũ sempiterna; & semper in actu sunt priora ijs quæ potestate Cõm 50.


poteſtate ſunt. At neceſsarium eſt ſempiternũ & ſemp actu. Igitur ipſum neceſsarium eſt primum ipſo ineſse: & ipſum ineſse actu prius ipſa poteſtate, Stoici igitur naturalẽ ordinem non ſeruarunt: in talibus eorũ regulis.

Rerum eſſentialis ordo per gradus. *Et hæc quidem ſine poteſtate actu ſunt, ut primæ ſubſtantiæ: alia uero actu cum poteſtate ſunt, quæ quidem natura priora ſunt, tempore uero poſteriora. Alia uero nunquã actu ſunt, ſed poteſtate duntaxat.*

Cõm. 51. Rerum igitur ordinẽ hoc mõ Ariſt. conſtituit, vt prima ſint q̃ ſine poteſtate actu ſunt, & in hoc ordine collocant græci ſubas diuinas atque è materia oĩno ſeparatas. Poſt hæc & in ſcđo ordine ſunt, quæ actu quidem ſunt: ſed cũ poteſtate, & in hoc ordine collocant corpora ipſa quæuis. Hæc natura atq; præſtantia potentiam: & ſubiectum excellunt, materia vero hæc tempore excedit: quod cum non ſit logicum, Metaphyſicis omitto. Poſt hæc in tertio ordine ſunt poſsibilia eſſe: quæ qdem non ſunt, ſed poſſunt eſſe: & hac ratione poſsibilia ſunt, quia non ſunt: & eſſe poſſunt. Et in hoc ordine ſtatuunt motus tempus: tranſmutationes: & id genus. Ab *Propoſitionum materia à rebus ſumpta.* ijs triplex orta eſt enũtiationum materia. Alia quidem qñ prædicatum ineſſe ſubiecto dr̃: & non põt non ineſſe: quæ materia dicitur neceſſaria vel impoſ: ſi ſit ad nõ eſſe. Alia eſt cum prædicatum ineſt ſubiecto actu, põt tñ non ineſſe, & hęc dicitur materia de ineſſe. Tertia eſt in qua p̃dicatũ nõ ineſt actu ſubiecto, ſed põt ineſſe, q̃ dicit materia cõtĩgẽs. Ad oĩum eorũ, q̃ dicta ſunt declarationem, deſcribamus figuram quadrangularem.



Circa igĩ pręſentẽ figurã primo debes ſcire q̃ ppõnes in his poſitæ ſunt in terminis tranſcendentibus, & vt ſint cões ad oẽs terminos: & ad oẽs quãtitates. Hoc enim dat intelligere eſſe debere eſſe ſimiles in oĩbus pręter qualitates & modos, vnde pro regula in oĩbus his ſeruãda eſt, vt termini ſint ſiſes: & quantitates ſiſes, ſolũq; mõ differunt: & qualitate. Scđo debes ſcire q̃ leges harũ ſunt oĩno eædẽ vt illæ de ineſſe, ẽt quo ad ſubalternas: in qbus potius infernæ ſequunt̃ ſupernas: quã econtra. Tertio debes ſcire q̃ vt in illis de ineſſe æquipollentiæ accipiebantur per tres regulas in cõtradictorijs per negationem præpoſitam: in cõtrarijs per poſtpoſitam: in ſubalternis per præpoſitã & poſtpoſitam: ita in his. Quibus declaratis facile patet correptio figuræ ſtoicorum: quæ hoc modo ſubſcribatur.



Hæc figura eſt ſecundum Ariſtot. deſcriptionẽ: quæ corrigit illam ſtoicorum.

PARTICVLA QVINTA.

De oppoſitione propoſitionum diſſerit quæ magis opponantur, aut quæ penes enunciandi modum, an quæ ſunt ex oppoſitis prædicatis.

VTRVM *uero contraria ſit affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi, atq; oratio orationi: ut illa quæ dicit, omnis homo eſt iuſtus, illi quæ dicit nullus homo eſt iuſtus: an quæ dicit, omnis homo eſt iuſtus, illi, quæ dicit, omnis homo eſt iniuſtus: aut ut Callias eſt iuſtus, & non eſt Callias iuſtus, Callias iniuſtus eſt: quæ igitur nam harum contraria eſt.*

DEBES ſcire quòd enuntiationes bifariam intelliguntur opponi, vno modo penes oppoſitum modum enunciandi, vt contrariæ, vt omnis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus: aut vt contradictoriæ, velut aliquis homo eſt iuſtus, nullus homo eſt iuſtus. Alio modo opponi poſſunt: penes oppoſita prædicata quæ dicuntur de eiſdem ſubiectis: vt homo eſt iuſtus, homo eſt iniuſtus: homo eſt bonus, homo eſt malus, Callias eſt albus, Callias eſt niger, equus eſt bonus, equus eſt non bonus: & tales, ijs acceptis quidam dubitationem Ariſtot. intelligunt poſitiue atq; abſolute, hoc modo, videlicet, vtrum propoſitiones opponãtur penes contrarium modum enuntiandi: an penes contraria *Cõm. 52.* *Prima eius quæſtionis.*

contraria prædicata?sed hoc stare non potest:quoniam
Confutatio. in hoc libro non semel quæstio est absoluta. Dictum est enim in primo: & hoc secundo: ꝙ oppositio solum est in propositionibus ſm oppositum modum enuntiandi:& non secundum opposita prædicata:quoniam enuntiationes oppositæ ſm contraria prædicata possunt esse simul falsæ:vt lignum est homo albus,lignum est non homo albus.Cum igitur quæstio est soluta,non videtur rationabile ꝙ rursus debeat repeti. Amplius hæc expositio solum intelligit de oppositione cõtraria: quod etiam falsum est:cum Aristo.exempla det in con tradictorijs singularibus: & contrarijs vniuersalibus.
Expõ propria. Melius igitur videtur mihi ꝙ littera sit legenda compa ratiue:vt græci legunt:cum enim Arist. declarauit enũ tiationes bifariam opponi aut penes enuntiãdi modos: aut penes cõtraria prædicata:petit nunc quæ magis opponuntur hæ quæ opponuntur penes oppositos enuntiandi modos, vel illæ quæ opponuntur penes opposita prædicata. Rursus videtur ꝙ Aristot.per enantia græce intelligat oẽs oppõnis ſpẽs siue contrarias siue contradictorias:vt exempla monstrant.
Quæstio. Querunt hic quæ oppositio sit inter propositiones,quarum vna sit vera al tera falsa. Respondent nonnulli talem oppositionem esse contrarietatem,hæ enim contrariantur apud eos, homo est animal,homo est lignum. Persuadent primo quia opponuntur:& non priuatiue nec relatiue nec cõtradictoriæ: igitur contrariæ. Secundo, illa oppositio consurgit ex compositione propositionum facta ab anima:in quibus non potest esse nisi contrarietas. Tertio quæ ponunt aliquid non opponuntur contradictoriæ.Alterum enim contradictoriorum nihil ponit: vt Aristot. inquit. Et ita concludunt tales propositiones: quarum vna est vera,altera falsa opponi contrariæ. Sed hæc responsio friuola atq; stulta videtur. Prima: quia omnes aiunt inter ens & non ens potius esse contradictionem: igitur si verum & falsum opponuntur potius contradictoriæ, est enim falsum non ens primo po steriorum. Secundo ea per quæ declaratur primũ prin cipium disiunctiuum factum ex partibus contradicentibus videntur plus quam contradictoria:sed Aristo.4. Metaphysice declarat illud principium,de quolibet est affirmatio vera vel falsa: & de nullo ambæ: per hoc ꝙ nihil potest esse simul verum & falsum: igitur verum & falsum opponuntur plus quam contradictorię vt ita dicam. Tertio Ammonius Boetius & Porphyrius defi nierunt contradictorias hunc in modum contradictoriæ sunt propositiones oppositæ quæ diuidunt verũ & falsum in quolibet. Demum Arist. in fine primi priorum idem sentit: vt ijs patet:qui libros Aristo. reuolue-
Rño propria. runt. Propterea debes scire ꝙ verũ & falsum possunt opponi incomplexe:vt entia & non entia, aut complexe. Si opponuntur incomplexe: patet ea opponi contradictoriæ vt ens & non ens,si complexe:sic opponũtur interdum contrariæ. Si colliguntur à propositionibus contrarijs,interdum contradictoriæ si à contradictorijs colligantur. Tunc rationes oppositæ per hanc di stinctionem omnes diluuntur:vt intelligenti patet. Pri ma enim deletur ꝙ verum & falsum vt in terminis opponuntur contradictoriæ vt diximus primo posteriorum: quia vnum significat ens alterum non ens; vt in propositionibus opponuntur non semper vno modo. Secunda tollitur per idem; ꝙ verum & falsum vt in ꝓpositionibus consurgit ex compositione facta ab anima, sed vt in terminis non sic est. Tertia etiam euertitur:quoniam verum & falsum:vt in propositionibus ali quando ponunt aliquid aliquando non ponunt: cum insunt in propositionibus contrarijs ponunt in contradictorijs ponunt. At in terminis semper falsum nihil ponit. Hæc sunt peripathetice dicta: reliqua quæ dicuntur sunt extrinseca à doctrina nostra.

Si enim ea quæ in uoce sunt, imitentur ea quæ in anima sunt: atq; illic opinio contraria est quæ est contrarij, ueluti illa quæ est,omnis homo est iustus: eius quæ est, omnis homo est iniustus: etiam in his affirmationibus quæ in uoce sunt eadem ratione se habere necesse est. Quod si illic non sit opinio contraria ea quæ est contrarij: neq; affirmatio affirmationi cõtraria erit,sed ea negatio quæ quidẽ dicta est. Quare considerandum est quæ nam falsa opinio opinioni ueræ cõtraria sit: utrum ea quæ est de negatione, uel quæ contrariũ esse ratiocinatur. Quod quidem hac ratione explico: est quædam opinio de bono ipso q, sit bonum uera, alia uero q, non sit bonum falsa, alia rursus q, sit malum, quæ nam itaq; harũ opinioni ipsi ueræ contraria est, atq; utrum ea per quam est contraria una sit. *Ex opinionibus quænã sit contraria, an quæ de contrario, vel quæ contraria enunciat.*

Nonnulli ardeliones volunt ꝙ in hoc textu Aristot. soluat:& breuiter velit ꝙ enuntiationes sint magis oppositæ:quæ sunt ſm oppositos enuntiandi modos: quã quæ sunt de contrarijs extremis, vlterius ex littera syllogiçant sic hypothetice, si opiniones sunt oppositæ quæ sunt de oppositis,enuntiationes in voce erunt oppositæ, quæ de oppositis,hæc perspicua est: qm̃ ea quæ sunt in voce imitantur ea quæ sunt in mente.Destruitur antecedens:sed opiniones non sunt oppositæ quæ sunt de oppositis:sed quæ opposito modo enuntiant. Igitur nec enuntiationes.Quod si dicas syllm̃ peccare in logica:& contra regulas vltimi capituli primi priorum:iam hñt euasionis locum:ꝙ Aristo.arguit per consequentiã in ipso: in qua termini conuertuntur. Mihi aũt magis ad aures textus & Boetij atq; bonorum expositorum videtur esse aliter dicendum:ꝙ Arist. mouet vnam aliam qõnem: ex cuius solutione patebit solutio ad principalem dubitationem. Est.n. dubitatio accessoria in opinionibus, vtrum, videlicet, opinio contraria sit quæ de contrario:an quæ contrariæ enuntiat. Oñdit aũt qõnẽ hanc esse ad propositũ per hoc: quia quales opiniones sunt in anima:tales enuntiationes sunt in voce: hoc est si opiniones contrariæ sunt quæ de contrarijs: ẽt enuntiationes erunt contrariæ quæ de contrarijs:& si ecõtra opĩones contrariæ sunt non quæ sunt de cõtrarijs: sed quæ cõtrario mõ enũtiant: ẽt enũtiationes ipsæ. Et ꝙ hæc sit expõ:lege litteram. Inquit, si.n. ea quæ in voce sunt, imitentur ea quæ sunt in aĩa:siue dianoetica parte: atq; illic opinio contraria est quæ est cõtrarij: vt exẽpla indicant: ẽt in ijs affirmationibus quæ in voce sunt eadem ratione se hr̃e necesse est. Cõtra ẽt si illic sit opinio contraria ea quæ est contrarij:neq; affirmatio affirmationi in voce contraria erit: sed ea negatio quæ quidem dicta est: cum igitur ita est in enuntiationibus:vt in opi nionibus:erit dubõ de opinionibus:& inquit,nam falsa opinio opĩoni veræ cõtraria sit: vtrũ ea falsa opĩo quæ est de negatione:vel ea falsa opĩo quæ contrariũ esse cõ tẽdit:qđ magis exẽplo explicat,& inq̃t, est quædã opĩo de bono ipso ꝙ sit bonũ, verbi cã, de virtute ꝙ sit bona:& hęc est põ vera,alia vero de bono vt de virtute ꝙ nõ sit bonũ: & hæc est falsa.Alia rursus falsa ẽt ꝙ virtus sit malũ: quærit nunc q̃ nã harũ duarũ falsarũ ipsi põni veræ de virtute ꝙ sit bona contraria est: vtrum prima

Cõm.53.

Expõ propria.

quæ est per contrarium enuntiandi modũ: an ſcđa quæ eſt per contrarium ſiue priuatorium prædicatũ, & addit ẽt dicens: & vtrũ ea per quam vel cui contraria eſt ipſa põ vera ſit vna vel plures: Addit aũt hoc per contraria immediata vt genitum & ingenitum. Eadem.n. vis eſt de ingenito & de non eſſe genito, de quolibet.n. dicitur aut genitum aut ingenitũ: vt de quolibet dr̃ eſſe genitum vel non eſſe genitum. Propterea addit & vtrũ oppoſitio contraria & priuatoria habeat vim vnius oppoſitionis vel plurium: nam in quibuſdam habent vim vnius in quibuſdam vim duorum. Ex ijs patet Ariſtot. ipſum non ſoluere: ſed quæſtionem rurſus mouere de opinionibus: ex cuius nouæ quæſtionis ſolutione patebit ſolutio ad principalem quæſtionem.

Contrariæ opiniones ſunt, q̃ de eadem re cõtraria prædicata ſuſpicantur.

Arbitrari itaq; opiniones contrarias ex eo ita definitas eſſe, quia ſunt contrariorum falſum eſt. Nam boni quoniam bonum eſt, atq; mali quoniam malum eſt eadem forſitan eſt opinio & uera: ſiue plures ſiue una ſit. Sunt autem hæc contraria, non quidem quia contrariornm ſunt, ſed potius quia contrario ſeſe habent modo.

Com. 54. Antequam ſolueret quæſtionem principalem: vt diximus. Interpoſuit qõnem de contrarietate opinionũ: & quia ſolutio primæ qõnis apparebit ex ſolõne ſcđæ qõnis, quæ eſt de contrarietate opinionum. Propterea nunc ſoluit quæſtionem ſecũdam: deinde ſoluit primã qõnem vt videbitur. Eſt igitur ſolutio ſecundæ qõnis opiniones eſſe contrarias, non quia de contrarijs ſubiectis ſunt contraria prædicata: vt de liberalitate quia bonum eſt, de auaritia: quia malum eſt: ſed quia de eadem re ſunt prædicata per contrarietatem dicta: veluti de voluptate, quia bonum eſt: vt Epicurus autumat, aut quia malũ eſt, vt ſtoicus: & ꝑpea non oportet definire contrarias opiniones: quatenus de cõtrarijs ſubiectis contraria prędicata enũtiant: ſed potius quia de vna eadẽq; re contraria ſuſpicantur. Huius ſolutionis cãm aſsignat: quia de contrarijs ſubiectis contraria prædicata enuntiando poteſt eſſe eadem opinio: eadẽ dico ẜm conſenſum, quia ſibi pñt conſentire in veritate atq; compoſsibiles eſſe. Sunt.n. hę ambæ compoſsibiles, liberalitas eſt bonum, & auaritia eſt malum. Ambæ quoq; ẜm opinionem peripatheticorum. Inquit, arbitrari itaq; opiniones eſſe ita contrarias definitas: ex eo quia contrariorũ ſunt. Hoc eſt: quia cõtraria ꝑdicata ſuſpicant̃ de cõtrarijs ſubiectis: falſum eſt. Cuius rõnem breuẽ ſubſcribit: & inquit, nam boni vt liberalitatis: qm̃ bonum eſt: atq; mali vt auaritiæ: qm̃ malum eſt: eadem forſitan eſt opinio, & quonã mõ horũ ſit eadẽ opinio ſubſcribit: & inquit: & vera.q.d. eadem eſt illorum opinio quæ ad cõſenſum atq; veritatem, propterea dixit forſitan: quia illorum non eſt eadẽ opinio ſimpľr, ſed quodãmõ vt generatim. Sed quia poſſet quis dicere illorum nõ eſſe eãdem opinionem: quia illa ſunt plura prædicata de pluribus ſubiectis: propterea ſubiungit ſiue plures ſint ſiue vna. Vtroq; enim modo vna opinio illorum eſt ſaltem quo ad veritatis conſenſum. Sic igitur opiniones contrariæ ſunt: quæ de eadem re contraria prædicata ſuſpicantur. Sed ſtatim obijciet cauillator arguendo hæc nõ eſſe contraria: quia contraria eſſe debent ſimpliciter in totoq;: ac illa ſunt ſolum quo ad prędicata contraria: & non quo ab ſubiecta. Igitur non ſunt penitus contraria. Propterea quaſi cauillum hunc refellendo ſubiungit, ſunt aũt hæc contraria: non qdẽ quia contrariorũ ſunt: hoc eſt penes contrarietatem ſubiectorũ: ſed potius qa contrario ſeſe habent modo. Et ita ſunt contrariæ illæ opiniones contrarietate ſumpta penes contrarietatem prædicatorum & modi enũtiandi, & non ſubiectorum Hæc eſt ſolutio breuis & generalis.

Opiniones oppoſita ſunt non quæ de eodem ſubiecto cõtraria prædicata enunciãt, ſed q̃ ſecundum contradictionem fiunt.

Si itaq; boni una quidem opinio eſt, quoniã eſt bonũ, alia uero, quoniã non eſt bonũ, alia: quoniã aliquid aliud eſt quod non eſt nec eſſe põt. Harũ quidem nulla profecto ponenda eſt: neq; ea qua ineſſe quæ non inſunt creditur, neq; ea qua non ineſſe quæ inſunt extimatur: nam infinitæ ſunt ambæ: & qua ineſſe creditur quæ non inſunt, & quã non ineſſe quæ inſunt putatur: ſed ille in quibus eſt deceptio, hæ autem ſunt in his, ex quibus generationes ipſe proficiſcuntur: at generationes ipſæ ex oppoſitis ſunt: quare etiam deceptiones.

Cõm 55. Generatim interpoſitæ qõnis ſolutionẽ dedit & voluit oppoſitas opiniones eſſe, quæ contrario modo ſuſpicantur de eadem re & viſus eſt velle contrario mõ fieri: qñ de eadem re contraria prædicata enuntiantur, ſed quia hoc non eſt ſimpľt verum, nunc ſpeciatim declarat dictam ſolõnem. Vbi aĩaduerſione dignum quicquid velit Boetius de eadem re, vt de liberalitate eſſe vnã opinionẽ tñ veram, verbi cauſa: quia eſt bonũ: plures tamen falſæ ſunt: vt ꝙ liberalitas non eſt bonũ: & ꝙ eſt aliud quã eſt: vt ꝙ eſt malum, opinari autem liberalitatem eſſe aliud quã eſt: eſſe põt dupľr: vt ꝙ eſt malum quia ſibi inſunt quædam quæ non inſunt: vt fugiendum odioſum turpe: & id genus: quæ malo inſunt: aut ꝙ ſit malum: quia ei non inſunt ea quæ inſunt: vt quia non eſt vtile: quia non eſt appetibile: quia non eſt honeſtũ. Sic igitur liberalitatem eſſe aliud quã eſt vt malum: eſt dupľr: vel quia ſibi ineſſe creditur ea quæ non inſunt: vel quia ſibi non ineſſe creditur quę inſunt. Ariſt. igitur vult opinioni veræ, videlicet, illi liberalitas eſt bonũ: ſolũ opponi eã opinionem falſam: quæ per negationem atq; contradictionem eſt: vt illa, liberalitas non eſt bonum, hæc enim contradicunt. Nam prima eſt indefinita vel particularis affirmatiua. Secunda eſt indefinita negatiua: quæ æquiualet vlı̃ negatiuæ. Illam vero quæ eſt per contrarietatem prædicati non vult opponi: quia põt vt viſum eſt per infinita multiplicari. At opponi nõ eſt niſi vno modo: vt enim dicebatur vni vnum opponitur per ſe. Infinita vero per accidens. Inquit. Si itaq; boni vna quidem opinio eſt & vera: qm̃ eſt bonum: vt ꝙ liberalitas eſt bonum, adieci autem verbũ illud {vna} quia conſtructio græca expoſcit ipſum. Alia vero eſt: quoniam non eſt bonum: & hæc eſt illi contradictoria. indefinita enim negatiua valet vniuerſalem negatiuã, alia eſt: quoniam aliquid aliud eſt quod non eſt: nec eſſe poteſt vt quòd liberalitas eſt malum. Hæc enim illi incompoſsibilis eſt. Data diſtinctione docet: quæ nam harum duarum ſit dicẽda illi oppoſita, & inquit, harum quidem nulla ponenda eſt: ſupple illi oppoſita, quaſi dicat nulla de numero earum quæ ſub ſecunda continentur, quas explicat & inquit: nec ea qua ineſſe quæ non inſunt creditur, vt quòd ſit malum quia fugiendum: quia odioſum: quia turpe: neq; ea qua non ineſſe quæ inſunt putatur vt ꝙ ſit malum: quia non eſt vtile: quia non eſt appetibile: quia non eſt honeſtum, cuius rationem inquit: nam infinitæ ſunt ambę tam & ea qua ineſſe creditur quæ non inſunt: quam & ea qua non ineſſe quæ inſunt putatur. Poteſt enim malum putari ineſſe liberalitati per infinita: vt quia turpe: quia inhoneſtũ: qa odioſum: & ſic de infinitis, etiã qa nõ vtile: qa nõ appetibile: & ſic de infinitis. Sic igit̃ patet q̃ nã nõ ſit illi oppoſita,

opposita.docet deinde quæ sit illi opposita & inquit: sed illæ in quibus est deceptio sunt oppositæ: hoc est quæ contradicunt:& hoc declarat dicens.hæ autẽ sunt in his,ex quibus generationes ipse proficiscuntur: & generationes ipsæ ex oppositis contradictorię sunt quare & deceptiones:& ita opiniones oppositæ sunt:quę contradictoriæ repugnant. Sic igitur illi opinioni quæ est, bonum est bonum: hoc est liberalitas est bonum. ea opinio opponitur quæ est liberalitas non est bonum: quæ æquiualet illi.nulla liberalitas est bonum:& nõ ea quæ est,liberalitas est malum:nam siue sit malum per hoc qd' est aliquid aliud q̃ est: vt quia odiosa:quia turpis:& id genus siue per hoc qd' non est id quod est: vt quia non est vtilis:quia non est honesta: & id genus:nõ põt illi opponi: quia vtroq; modo opposita illi erunt infinita.modo vni vnum tm̃ opponitur: vt totiens diximus. Quo vero ad verba attinet: verba illa.{Aliarũ quidem nulla ponenda est:neq; quæcunq; esse quod non est opinantur:neq; quæcunq; non esse quod est. Infinitæ.n.vtræq; sunt:& quæ esse opinantur: qd' non est:& quæ non esse quod est}non bene à Boetio(vt mihi videtur)intelliguntur.Primo,quia verbũ illud{aliarum}quod græce est allon:nõ ad oẽs alias refertur: sed ad spẽs quæ continent̃ sub secundo oppositionis modo, videlicet,ad id quod dicebatur, q̃m aliquid aliud est quod non est nec esse põt: Illi.n.opinioni quæ est. liberalitas est bonum generatim. duo tm̃ opponũtur, videlicet,& liberalitas nõ est bonum: & liberalitas est malum.Secundæ vero oppositionis duæ sunt spẽs. Potest.n.liberalitas dici malũ:vel quia esse intelligitur aliquid aliud q̃ non est, vt odiosum vt turpe: & id genus: vel quia non esse id quod est:vt quia nõ est vtilis: quia non est honesta & id genus.Igitur verbum illud ad species secundæ oppositionis retulit & nõ ad gñ̃a: vt Boetius voluit. Secundo videtur errasse Boetius:nam non tres oppositiones illi Arist.fecit:sed duas. Secunda tamen subdiuisa in duas alias: & hoc Boetius non percepit. Tertio,quia verbum illud{opinantur}quod græce est doxaçusin nõ est deponẽter intelligendum: sed passiue.q.d.credunt̃. Non.n.potest constructio ad aliquid referri:vt intelligenti græca verba patet. vlterius verba illa{Sed in quibus est fallacia}siue deceptio. Boetius ad principiũ deceptionis retulit. Est enim oĩs deceptionis principium affirmatio & negatio:veluti cuiuslibet generationis est ens & non ens: & in hoc recte Boetius intelligit.Hæc quo ad translationes ipsas.

Declaratio verborum.

Res cum sit ipsa per se, et sui contrarij negatio per accidens, eam opinionem veriorem esse oportet quæ sui affirmatio est, et falsiorẽ quæ sui negatio.

Si igitur quod bonũ est, & est bonũ, & est non malum: atq; alterũ quidem per se,alterum autem per accidens.accidit enim ipsi non malũ esse,et esse in unoquoq; ea opinio magis uera,quæ est per se,etiã falsa:siquidem & uera. Ea igitur quæ est,quoniã non est bonũ:quod bonum est. Illius quæ per se est falsa est,illa autem quæ est,quoniã malũ est:est eius quæ est p accidẽs. Quare magis erit ea opinio falsa,profecto quæ est negatio boni quã ea quæ est contrarij affirmatio.

Cõm.56.

Hactenus Arist.& generatim & speciatim soluit secundã q̃onem:nũc vult dictam soĩonem pbare: vt mihi videt̃:& oĩbus expositoribus placet. Ad huius primę rõnis robur sumit quędam ordine quodã:& primo sumit vnãquãq; rem & esse ipsam:& esse sui cõtrarij negationẽ.verbi causa:liberalitas & est bonũ, & est nõ malum. Sumit secũdo rẽ esse ipsam p se:& esse negationẽ cõtrarij p accñs.verbi causa:liberalitas p se est bonũ,& per accñs est nõ malum:nã accidit ipsi liberalitati non malũ esse.& hoc inq̃t.Si igit̃ qd' bonũ est vt liberalitas & est bonum:& est non malum:hoc est primũ,atq; alterum quidem per se vt bonum. alterũ vero per accñs vt non malum:cuius rõnem subscribit.d.accidit.n.ipsi liberalitati non malum esse,hoc est scd̃m.Et littera debet legi suspensiue:vt videbitur. Quo vero ad verba attinet: illud verbum{accidit}quod græce est simbebyke:non est intelligendũ pro accidente proprie: quo solemus dicere album subię accidere:sed pro secundario atq; non principali: q̃uo dicimus risibile accidere homini:quia secundo loco competit. Sed occurres: nam videtur ꝙ tam negatio contrarij quam affirmatio sui per se primo modo ĩsit rei.Est.n.liberalitas bonum per se primo mõ,est nõ malum per se primo mõ:igitur non est alterum per se & alterum per accidẽs. Boetius per verbum per se intelligit esse tale per naturam.q̃uo dicimus liberalitatem esse bonum per naturam:& auaritiam malum nõ per nãm:& per verbum per accñs intelligit tale per naturã.Sed hæc expõ nõ conuenit aliis. Tunc.n.corpus non esset album per se,& non nigrum per accidens: nã neutrum est per naturam:& tñ.Arist. primo Posteriorum ait.lignum esse album per se & nõ nigrum per accñs.Melius igitur dicere Arist.velle per verbum per se esse tale ĩmediate:& hoc modo lignum est album per se: quia non mediante aliquo. est tñ nõ nigrum per accidens:quia mediante albedine.Sed replicabis lignum non esse album per se: quia est tale mediãte superficie. Propterea intellige Arist. voluisse aliquid esse tale per se,hoc est per carentiã medij cõtrarij. tale aũt per accñs propter affirmationẽ contrarij. Sumit tertio ꝙ si sunt duæ opiniones verę ea: verior est quæ per se vera est.Similiter si duæ sunt falsæ ea erit verior quæ per se falsa est.cuius rei causa est: quia ita de falso est censendũ vt de vero. Et hoc vult habere ꝙ ea opinio quæ est affirmatio sui est verior:ea aũt falsior q̃ est negatio sui verbi cã,hæc est verior: liberalitas est bonũ: q̃ illa liberalitas est non malum.Hæc aũt falsior,liberalitas non est bonum: q̃ illa,liberalitas est malum. nã semper veritas p se est magis talis veritate per accñs & falsitas per se simil'r magis talis falsitate per accñs. Inquit.Et est in vnoquoq; ea opinio magis vera:quę est p se:supple q̃ ea q̃ est p accñs:et falsa est magis ea q̃ est p se falsa q̃ ea q̃ est per accñs falsa,siquidem & vera.Idẽ nãq; est iudiciũ de vero & falso.Propterea cõcludit id quod vult habere per hanc tertiam assumptionẽ:& inquit.Ea igitur supple opinio q̃ est:q̃m non est bonũ qd' bonũ est: illius quæ per se est,videlicet,bonũ est bonũ opposita:supple falsa est:& ita hęc bonũ non est bonũ. est p se falsa. Nã oppositum p se vero:vr̃ per se falsum. Illa aũt quæ est q̃m malũ est:est opposita falsa:eius quæ est per accñs vera,videlicet,illius.bonũ est nõ malum: & sic patet tertia assumptio:& hic terminatur in græco suspensio:& cõcludit ex iis suppõnem q̃ vult:& inquit: quare magis erit ea opinio falsa:profecto quæ est negatio boni,videlicet,bonum nõ est bonũ:quã ea quæ est contrarij affirmatio,videlicet,bonũ est malũ.Vñ syll's litteræ erit,magis falsum magis vero magis opponitur. negõ boni magis falsa est q̃ affirmatio mali vt ex dictis patet. gitur negõ boni magis opponitur affirmationi boni:q̃ affirmatio mali. Aĩaduersione dignũ Ari.sumpsisse exemplum de bono & malo loco oĩum taliũ,sed accepit ipsum vt sermo esset notior. Voluit tñ habere hãc vl'em:vt vnicuiq; affirmationi ſm opinionem semper magis opponatur negatio q̃ affirmatio contrarij.

Consideratio verborum.

Dubitatio.

Solutio Boetij.

Confutatio.

Propria solutio

Replica.

Defensio.

Syllogismus litteræ.

Opiniones contrariæ maxime distant in rõne differentiæ, non aũt oppositionis, contradictoriæ aũt maxime opponuntur secundum rõnem oppõnis. Oppositam bifariã inueniri. Cõm. 57.

Falsus tamen circa unumquodque is maxime existit, qui contrariam habet opinionem. contraria siquidem circa idẽ plurimum differant.

Quid velit hic Aristo. facere: non satis patet nec ab expositoribus plane habemus, videtur tñ Arist. remouere tacitam qõnem. posset nãq; quis dicere, si negatio est maxima oppositio, contraria opinio est ne maxima oppositio? videtur soluere. vbi debes scire aliqua esse maxime opposita: quæ nõ maxime differunt: aliqua ẽt maxime differre: quæ non maxime opponuntur. verbi causa bonum & malum maxime differunt, quia sub eodem genere maxime distant. non aũt maxime opponuntur: quia non contradictoriæ, sed contrariẹ opponũtur. Bonũ vero & non bonum: maxime opponuntur: quia per se opponuntur, & contradictoriæ, non autem maxime differunt: quia sub nullo genere maxime distant. Ad oppositum: opiniones contrariæ maxime differunt: non autem maxime opponuntur. contradictoriæ autem maxime opponuntur: non tñ maxime differunt. Inquit, falsus tñ circa vnumquodq; is maximæ existit, qui contrariam habet opinionem: cuius causam ait. Contraria siquidem circa idem genus maxime differunt, & ita opiniones contrariæ maxime distant in ratione differentiẹ: & non in ratione oppositionis. Contradictoriæ autem distant maxime in ratione oppositionis: non aũt in ratione differentiæ. Hẹc mihi videtur de hoc tex. Si vero tu aliter senties laudo. hunc.n. locum nõ aliter intelligo. Boet. vero nimis verbis Aristo. addictus sensum non multum obseruat, cæteri græci grammatici sunt potius.

Huic liberalitas est bonum, non illi liberalitas est malũ, sed illa liberalitas non est bonum opposita est. Commen. 58.

Si igitur harum opinionum, altera contraria quidem est. Magis autem est ea contraria, quæ negationis est perspicuũ est profecto hanc contrariam esse.

Epilogat vim rationis quasi sub forma hypothetica hoc modo. Si igitur harum opinionum altera tñ contraria quidem est: quia non possunt ambæ esse cõtrariæ: quia vni vnum tñ est contrarium. magis autem est ea contraria illarum: quæ est negationis: & nõ quæ est contrarij affirmatio: vt probatum est profecto perspicuum est hanc tñ, videlicet, quæ est negatio contrariam illi esse. Et ita illi liberalitas est bonum, hæc tñ contraria est. liberalitas non est bonum: & non illa, liberalitas est malum. Hæc est cõclusio & syllogismi vis. Quo vero ad verba attinet verbum illud contraria qđ græce est enantia, hic non vt in primo lib. sumitur, sed pro opposita. sumpsit enim speciem pro genere.

Quæ nam sit contrarij affirmatio.

At ea quæ est q̃ bonum est malum: composita est quando quidem necesse est: forsitan opinari illud idem non esse bonũ, quodquidem est malum.

Commen. 59.

Boetius videtur velle Arist. ponere secũdam rõnem: quæ talis est: ea duarum falsarum simplici veritati opposita est: quæ est simplex & non quæ est composita. At affirmatio contrarij. verbi causa, bonum est malũ: non est simplex sed cõposita. cõtinet.n. illã, bonũ, non est bonum. quicquid.n. est malum non est bonum: & non econtra. Potest.n. aliquod non esse bonum tñ non est malum: vt heremita extra ciuitatem: vt Auer. ait. Igitur affirmatio contrarij nõ est simplici veritati opposita, sed solum ipsius negatio, hæc vr̃ ratio Boetij. Quæ quidem quo ad rem ipsam bona est. non tñ litteræ cõsonat: nã in græcõ littera inuenit̃ aduersatiue: nisi (autem) ipsum quod græce est de: pro insuper aut ꝑpea legatur. Vel alr̃ dici põt: q̃ Arist. remouet tacitã dubõnẽ:

Qualis expositio Boetij.

Propria expõ.

nam dubitabit aliquis, si negatio sit tñ opposita: qualis est affirmatio contrarij: vt bonũ est malũ. Rñdet & inquit. at ea quæ est q̃ bonũ est malũ: quẹ est affirmatio contrarij: composita est. hoc est continens simplicem negationem: & ita quasi videtur illi simplici veritati ꝑ accidens opposita. non quidem ratione sui: sed rõne simplicis negationis: quæ in ipsa cõtinet̃, & sic videtur illi opposita per reductionẽ: quatenus omne per accñs reducitur ad per se: & q̃ affirmatio cõtrarij contineat negationẽ: probat & inquit. qñquidẽ necesse est forsitan opinari illud idem non esse bonum: & supple tũ in gręco: quod quidẽ est malũ. in plus.n. est non bonum q̃ malũ: & propterea affirmatio contrarij dicitur cõposita & quasi cõplicans. adiecit {forsitan} quia nõdum patet an plus sit non bonum: q̃ sit ipsum malum. hoc.n. nõ patet, nisi sciat̃: an inter bonũ & malum detur medium. Quo vero ad verba attinet verbũ illud {cõposita} græce est simpeplesmene: qđ Boetius trãstulit implicita: alij connexa: sed quocunq; modo sit: affirmatio contrarj dicit̃ esse composita: quia continet negationem. Vnde & Aristo. in postprædicamentis ait contradictionem esse vniuersaliorem oppositionem, quia in omnibus alijs includitur hæc quo ad verba.

Ad idem.


Preterea & si in quibusdam similiter sese habere oportet, etiam hic uidebitur profecto bene esse dictum. Nam aut ubiquę aut nusq̃ oppositio contradictionis est. At quibus cotrarium ipsum non inuenitur. Ea quidem de his est falsa, quæ ipsi ueræ opponitur: nam qui hominem non esse hominẽ arbitratur is falsus est. Si igitur hæ negationes sunt contrariæ, etiã aliæ contrariæ erunt, quæ oppõnes cõtradictionis sunt.

Cõm. 60.

Secundo arguit sic: si in aliquibus opinio falsa opinioni veræ opponitur: quæ est contradictionis siue negationis. in oĩbus & ĩ hoc qđ diximus de bono ita erit. At in aliquibus opinioni veræ ea falsa opponitur, quæ est contradictionis: & nõ quæ est affirmatio contrarij. Igitur hic & in oĩbus ita erit. probat maiorem: Nã hæc est natura cõtradictionis: aut vt in nullis: aut vt in omnibus in quibus inuenitur oppositio: inueniat̃. Est enim vl̃is & in oĩbus includitur vt dictũ est. Minor vero patet in substantijs & quantitatibus. In his.n. non est affirmatio contrarij: cũ in his non sit cõtrarium: & tñ inuenit̃ oppositio. Inquit. Præterea & si in quibusdã sil̃r sese habere oportet: & supple falsa opposita veræ sit negatio & non affirmatio contrarij: etiam hic: & supple in oĩbus videbitur profecto bene esse dictũ: vt negatio falsa sit opposita veræ affirmationi & non affirmatio contrarij. Hæc est maior: cuius probationem affert: d. Nam aut vbiq; aut nusq̃ oppositio cõtradictionis est. Dictũ.n. est eius naturã esse talẽ: vt aut in oĩbus aut in nullis in quibus aliæ inueniuntur oppositiones: ipsa inueniat̃ cũ sit vl̃is & in oĩbus inclusa. Deinde addit minorem: quæ est positio añtis & illius probationẽ complicat, & inquit: At in quibus contrarium ipsum nõ inuenitur veluti in substantijs & quantitatibus. ea quidẽ de his est falsa quæ ipsi veræ opponitur. Hoc est solum contradictio siue negatio affirmationi veræ opponitur: quod probat exemplo: & inquit. nam qui hominẽ non esse hoĩem arbitrat̃, is falsus est, & per negationẽ supple illi affirmationi: quæ est. homo est: homo opponitur. Deinde epilogat totã rõnem: & inquit. Si igitur hæ negationes in quibusdam: supple sunt contrariæ. etiam aliæ & in oĩbus alijs contrariæ erunt: quæ contradictiones oppositiones sunt. accipit hic contrarium dum

dum dixit{contrariæ erunt}pro opposito.vtitur.n.spẽ pro genere. Hæc quo ad rationem atq; verborum expositionem. Animaduersione dignum illam disiunctiuam oppositio contradictionis aut vbiq; aut nusq̃ est: esse falsam de rigore logico:veluti illa etiam. oĩs hõ est albus: aut nullus hõ est albus. Disiũctiua.n.semper inter partes contradictionis disiũgit vt diximus in.1.lib. Sed ad sensum Arist.vera est:quia illa est natura cõtradictionis.Cũ.n.sit oppositio vl'is in oĩbus inclusa:oportet vt sit in oĩbus in quibus oppositio reperitur: aut in nullis:& propterea ſm sensum Arist.vera est.

Ad idem. *Præterea simili ratione sese habent, non bonum non est bonum: & bonum est bonum: ueluti & ille. non bonum est bonum: & bonum non est bonum. Illi igitur opinioni ueræ quæ est non boni, quoniam non bonum est: quæ nam est contraria? Non enim ea quæ asserit: quoniam malum est. hæc enim erit nõnunquam cum illa simul uera, at nũquam fit ut uera uere contraria sit, est enim aliquid non bonum malum: quare simul ueræ erunt ambæ. Nec item ea quæ asserit non bonum non esse malum. est enim & ipsa uera. & enim hæc erit simul uera. Restat igitur illi opinioni quæ asserit non bonum non esse bonum: contrariam eam esse quæ asserit non bonum esse bonum. est enim hæc falsa. Quare ei quæ asserit bonum esse bonum ea erit contraria: quæ asserit bonũ non esse bonũ.*



Cõm.61. Tertio arguit Aristo.per locum à cõmutata proportione hoc modo:vt.A.ad.B.hoc est vt opinio asserens non bonũ non esse bonum:qđ est in angulo.A.ad opinionẽ quæ asserit bonũ esse bonũ quod est.B:sic.C.ad D.hoc est opinio asserẽs non bonum esse bonum quod est.B.sic.C.ad.D.hoc est opinio asserens non bonũ esse bonum quod est.C.ad opinionem quæ asserit bonum non esse bonum quod est.D. Nam ambæ primæ sunt veræ:& ambæ secundæ sunt falsæ, & sic maior est vera. Igitur vt primum ad tertium: ita secundum ad quartũ at ipsi.A.primo oppositum est ipsum.C.tertiũ.vt probabitur.Hæc enim opponuntur. non bonum non est bonum:& non bonum est bonum.Igitur secundum & quartum opponunt, videlicet, bonũ est bonũ. & bonũ non est bonum.qđ est intentũ. De ratione tangit maiorem & inquit, Præterea simili rõne sese habent. non bonũ est bonũ:& bonũ est bonũ. veluti & illæ. non bonum est bonum:& bonũ non est bonum:nam illę sunt ambæ veræ.hæ autem ambæ falsæ. hæc est maior: quæ licet in græco non hoc ordine ponatur tñ nihil deficit: & sensus is est.deinde tangit minorẽ sub forma dubitationis:& inquit.Illi igitur opinioni veræ quæ est nõ boni:qm̃ non est bonum:quænam est contraria siue opposita? Non enim ea quæ asserit non bonum esse malũ: vel qm̃ malum est. Hæc.n.erit nonnunquã simul cum illa vera.at nunquã fit vt vera vere cõtraria sit. Quod autem posit simul cũ illa vera esse: probat & inquit. Est enim aliquid nõ bonum malũ vt auaritia: & ita hæ simul stant.non bonum non est bonum: & non bonũ est malũ.nã auaritia non est bonum: & auaritia est malum:quæ tñ nõ bonum dicitur: & ita illi quæ asserit nõ bonum non esse bonũ:non põt esse opposita hæc quæ asserit non bonum esse malũ: cum stent simul sintq; ambæ veræ.Hic solet sumi illa diuulgata maxima. veritas nunquã veritati repugnat:de qua postea dicemus. Maxima. Nec item ea quæ asserit non bonũ non esse malũ, propter rationem eãdem quã subdit.d. Est.n.& ipsa vera. etenim hæc erit simul vera:est quidẽ vera, quia hypocentaurus:non bonum non est malũ: quia non est.est autem simul vera, quia hypocentaurus non bonũ & non est bonum:& non est malum:cum non sit:& cum nec affirmatio contrarij nec negatio contrarij posit illi opinioni esse opposita: concludit: Restat igitur illi opinioni quæ asserit non bonum nõ esse bonũ: eã esse contrariã:quæ asserit non bonum esse bonũ. negatiue enim de subiecto infinito opponitur affirmatiua de eodem subiecto:cuius causãm subdit dicens. hæc.n.falsa est:& illi incomposibilis.hæc est minor & illius probatio:tunc dat conclusionẽ & inquit. Quare ei quæ asserit bonum esse bonũ:ea erit contraria,quę asserit bonũ non esse bonum:& hæc est proposita cõclusio. Et ait Boetius in commentationibus huius loci hunc syllogismum esse cæteris validiorẽ: quia est è proportione cõmutata:quæ argumentum efficit pollentisimũ. Mihi vero videtur syllm̃ hunc esse dialecticũ & non valere nisi in numeris per se.in cæteris autẽ p accidẽs. Propterea hic aut non valet:aut p accidẽs habet vim: qua ratione fit vt hic syllogimus non sit hic positus vt valli dus:sed vt indicaret hanc positionem de contrarietate opinionũ,etiam conuenire rationibus mathematicis.

Verum perspicuum est nihil interesse, & si affirmationẽ ipsam uniuersalem ponamus. Erit enim tunc uniuersalis negatio contraria opinioni: namque quæ asserit omne quod est bonum bonum esse: ea erit contraria, quæ nullum bonum bonum esse asserit, ea nãq; opinio quæ bonum bonum esse arbitratur si uniuersaliter sumatur: eadem erit illa quæ asserit quodlibet bonum esse bonum. At hæc nihil ab illa differt: quæ asserit omne bonum esse bonum. similis est & de non bono ratio.

Dum Aristoteles disputauit de contrarietate opinionum vsus est enuntiationibus indefinitis, vt illa. bonũ est bonum.& illa.bonum non est bonum. Propterea aliquis posset arbitrari quæ dixit non esse intelligenda nisi de subcontrarijs,quæ sunt aut particulares aut indefinitæ.Propterea docet nunc vti illis ad oppositionem & cõtrariã & contradictoriã. Contradictoriam quidem si altera vl'is altera particularis sumatur.hæ.n. erunt cõtradictoriæ.bonum quoddam est bonũ, & nullum bonum est bonum.si indefinita affirmatiua particulariter & negatiua vl'ter intelligatur. vel econtra indefinita negatiua particulariter & affirmatiua vl'r sumatur.Cõtrariã vero si ambæ vl'r sumantur:vt oẽ bonum est bonum:& nullum bonũ est bonum:& propterea verbum illud enantia:vbiq; pro opposita sumpsit. Animaduersione dignum ꝙ licet indefinita posit accipi,& particulariter & vniuersaliter pro qualitate materiæ, vt in materia contingenti particulariter. In materia autem necessaria vl'r.indefinita tamen negatiua vt dicit Alexã.sed magis vergit ad vl'em negationẽ. affirmatiua Cõm.62.

matiua vero ad particularem affirmatione:& propterea hæ duæ.bonum est bonum:& bonum non est bonum, vim habent contradictoriarũ & nõ contrariarũ: & hoc inquit, Verum perspicuũ est nihil interesse: & si affirmationem ipsam vniuersalem ponamus. erit enim supple tunc vl'is negatio illi contraria:& dixit hoc,quia hactenus affirmationẽ particulariter & negationẽ vniuersaliter accepit:& ita vt contradictorias sumpsit.nũc autẽ docet illas sumi vt contrarias, & hoc exponit dicens:opinioni nãq; quæ asserit,oẽ quod est bonũ bonum esse:ea erit cõtraria:quæ nullum bonũ omne bonum asserit:cuius causam inquit. Ea nãq; opinio quæ bonũ:bonum esse arbitratur:si vl'r sumat̃ : eadem erit illi,quæ asserit quicquid est bonum vel quodlibet bonum esse bonũ. Ad hæc nihil ab illa differt: quæ asserit omne bonũ esse bonũ. Addit,similis est ratio & de non bono:qa põt etiã sumi vl'r:& ita vult hactenus esse sumptas eiusmodi enuntiationes vt cõtradictorias:quia indefinita affirmatiua particulariter, negatiua autem vl'r vsus est,nunc aũt docuit illas sumi vt contraria, si ambæ vniuersaliter sumantur: hæc quo ad dubitationem.

Quotuplex particularis. Ex his colligi põt ea distinctio quæ dicet primo priorum ꝙ particularium enuntiationũ: quædam est talis per naturam vt homo est albus: quia aliquis homo est albus vt scitha:& aliquis homo nõ est albus vt æthiops quædam talis põt: vt aliquis homo est animal:non.n. aliquis homo est aĩal,quia aliquis homo est aĩal: & aliquis homo nõ est aĩal:sed quia oĩs homo est aĩal. Similis ratio est de negatione. *Quot vniuersales.* Amplius & vniuersalium: quædam est vniuersalis per naturam:vt homo est aĩal. hæc enim est vniuersalis siue addatur signũ vniuersale siue nõ.quædam potest:vt omnis homo est albus: hæc vniuersalis est positione & non natura. *Quot modales.* Similis diuisio effici potest in modalibus.nam quædam est positione possibilis,quædam natura possibilis: & in cæteris sĩr. Verum de his in libro priorum abundius dicemus.

Affirmationi opposita est negatio,non autẽ affirmatio contrarij. *Quare si in opinione ita res sese habet & affirmationes atq; negationes quæ sunt in uoce signa sunt earum quæ sunt in anima:patet & affirmationi contrariam quidem esse eam negationem:quæ uniuersaliter d: eodem existit:ut huic, omne bonum est bonum:aut oĩs homo est bonus, hanc, nullum bonum est bonum:aut nullus homo est bonus. contradictoriæ uero oppositam: hanc.non omne bonum est bonum. uel non omnis homo est bonus. Patet insuper fieri non posse ut uere uera contraria sit siue opinio siue oratio, contrariæ siquidẽ circa opposita sint. Ipsa autem uera circa idem esse possunt: non autem contraria simul eidem inesse possunt.*

Hactenus soluit secundam quæstionem de contrarietate opinionum. Nunc ex solutione huius redijt ad solutionẽ primæ quæstionis. Fuit enim prima quæstio. Vtrũ affirmationi magis opposita sit negatio an affirmatio contrarij:vt illi,bonum est bonũ. sit magis opposita hæc,bonum non est bonum:vel illa,bonum est malum. Soluit nunc:& hæ solutione secũdę:docet duo in solutione primæ qõnis.quorũ primum est affirmationi esse oppositam negationẽ & non affirmationem contrarij. Secundum est affirmationi veræ nõ esse oppositã negationẽ veram vel affirmationẽ cõtrarij verã per illam vl'em. vero nihil verorum oppositũ esse põt. Inquit, Quare si in opinione ita res sese habet:& affirmationes atq; negationes quæ sunt in voce:signa sunt earũ quæ sunt in aĩa. Opiniones.n.in aĩa sunt affirmationes vel negationes. enuntiationes vero illarũ signa sunt. Si inquã ita est in opinionibus quæ sunt mentales enũtiationes:patet & affirmationi contrariã quidẽ esse eam negationem:quæ vl'r de eodẽ existit:quod exemplo indicat & inquit:vt hic,omne bonum est bonum: aut omnis homo est bonus.hanc.nullum bonũ est bonum:aut nullus homo est bonus. Et hoc si vtamur indefinitis vl'r contradictoriæ vero oppositam hanc. nõ omne bonum est bonum:vel non omnis homo est bonus:& hoc si vtamur indefinitis vniuersaliter & particulariter. Hæc de primo. Deinde cõcludit secundum & inquit. Patet insuper fieri nõ posse:vt veræ vera contraria sit:siue opinio.hoc est siue in anima sit siue oratio,hoc est siue in voce sit. accepit.n. verbum illud antiphasin pro oratione & nõ pro contradictione. Probat hoc sic,contraria sunt opposita: vera non sunt opposita:igitur vera non sunt contraria. De ratione tãgit maiorem.d.cõtrarię siquidem circa opposita sunt: & supple oppositæ,hæc est maior. Deinde tangit minorem & inquit. Ipsa autem vera circa idem esse possunt: & nõ opposita circa opposita. Addit repetitionẽ maioris dicens.non autem(vt dictũ est) contraria inesse possunt eidem. Repete conclusionẽ,videlicet, igitur vero nullum verum est contrarium: & sic patet solutio primæ quæstionis:& cõclusio libri. *Quæ theophrastus contra Aristo.* Theophrastus vt græci narrant aduersus Aristotelem opinatur cõtrarietatem esse maiorẽ oppositionẽ ipsa contradictione. Vtitur autem definitione contrarietatis.nam dicitur ipsa cõtrarietas maxima distãtia.distantia aũt oppositio est quędam:igitur contrarietas ipsa erit maxima oppositio.

Potest idem pro Theophrasto confirmari: nam contradictio potest saluari in minima oppositione vt in relatiuis. Igitur sui natura nõ est maxima. Ad rationem vero Aristo.soluit Theophrastus. non.n.contrarietatẽ ad contradictionẽ reducit: sed econtra potius: siquidẽ ad maius semper ipsum minus reducat̃. *Defensio Ari.* Sed quicquid sit de positione Theophrasti. Positio Aristotelis est verissima:nam omne minus cõe ad magis commune: & omne per accidens ad per se reducitur. At demonstrauit Aristoteles cõtrarietatem esse minus communem: esseq; oppositionem fere per accidẽs ac compositam: quo ad illud quod habet de contradictione: ideo ad rationem. Theophrasti dici potest contrarietatẽ esse maximam differentiam:non autem maximam oppositionem. Confirmatio quoq; nulla est,quia & si contradictio potest saluari in minima oppositione:etiã ipsa potest saluari in maxima:& propterea per confirmationẽ ipsam nihil demitur ab opinione Aristotelis: vnde & Aristoteles primo posteriorum describit cõtradictionem esse oppositionem cuius per se non est medium inuenire,in cæteris vero medium per accidens non inuenitur:quatenus reducuntur ad contradictionẽ, hæc pro Aristotele dicerem. *Qõ vtrum verum vero sit cõtrarium.* Quærunt hic iuniores vtrum verum possit esse oppositum vero:& videtur ꝙ sic. nã hæc sunt contraria:nullum cõtinuum est diuisibile in infinitum:& omne cõtinuum est diuisibile infinitum, & tamen ambo sunt vera. Primum enim verum est secundum rationem physicam. Secundum autem ſm rationem mathematicam. Secundo ex nihilo nihil fit: est verum ratione physica. Ex nihilo autem aliquid fit ratione theologica est verum:& sunt contradictoria.

Põ Esculani. Esculanus hic asserit verum vero non opponi tribus rationibus. Primo: quia æquationi intellectus nulla æquatio est opposita,verum autem ipsum æquatio est intellectus. Secũdo:quia in relationibus non est contrarietas

Confutatio. trarietas. at æquationes illæ relationes sunt. Tertio: quia cognitio non repugnat cognitioni. at veritas ipsa quædam cognitio est. Sed hæc solutio quo quidẽ ad conclusionem nõ est falsa: immo est positio Arist. quo vero ad rationes nec est peripathetica nec valet, quod declaro per singulam rationem. Prima quidem ratio non est peripathetica: quia Aristo. nullibi veritatẽ orationis definit per adæquationem intellectus: sed ab eo quod res est vel nõ est. nec valet: nam petit principiũ. potest enim quæstio reuerti de æquatione veluti de veritate: qui enim teneret veritatem veritati opponi diceret vnam æquationẽ alteri opponi. Secunda etiam non est peripathetica nec valet: nam licet in relatiuis non sit contrarietas prædicamentalis. bene est contrarietas enuntiationum. Hæ enim contrariæ sunt: omnis pater est ad aliquid, nullus pater est ad aliquid. Tertia etiã petit: quia qui vellet veritatem veritati cõtrariam esse: diceret cognitionem cognitioni esse contrariam. Propterea non est recedẽdum ab Aristo. ratione. Duo enim vera opponi non possunt nec cõtradictoriæ nec contrariæ. Contradictoriæ quidem non, quia per legẽ contradictoriarum in primo libro traditam duarum contradictoriarum alteram veram alteram falsam esse oportet, igitur duo vera contradici nõ possunt. contrariæ vero minime: quoniam per legẽ contrariarum duæ contrariæ bene possunt esse simul falsæ: nunquam autem simul veræ. Igitur duæ verę enuntiationes non possunt opponi. possunt tamen bene esse subcontrariæ & subalternæ: sed hoc modo non dicuntur oppositæ. Et hęc declaratio est peripathetica & logica. non metaphysica: quia via cucullati sæpe solent incedere etiã in logica. Tunc ad rationes dicendum tam contradictoria quam contraria esse de consimilibus subiectis & prædicatis modo consimili sumptis, vt sorticolæ tradunt. At in proposito non est ita: nam omne continuũ est diuisibile in infinitum est verum ratione mathematica: nullum vero continuum est diuisibile: est verum ratione physica: & ita non consimili modo termini sumuntur: & de secunda ratione etiam eodem modo dicendum: nam ex nihilo nihil fit per generationem. ex nihilo vero aliquid fit per creationem: & ita termini non eodem modo sumũtur. vbi autem termini eodem modo sumerentur: ea quæ physici dicunt falsa sunt non modo de creatione, sed de omnibus alijs, in quibus à theologis dissentiunt. Hæc de quæstione. Et per consequens de toto libri ad summi Dei laudem.

Propria expõ.

Finis Peri hermenias, idest de Interpretatione Aristotelis libri, Interprete & Expositore Augustino Nipho.

Series chartarum,

A B C D E.

Omnes sunt quaterniones præter D ꝗ est Ternus. E vero duernus.



VENETIIS,
Apud Hieronymum Scotum.
MDLX.



colorchecker CLASSIC

calibrite